4 1

Q. D. B. V.

DISSERTATIO POLITICO-JURIDICA,

DE

INCREMENTIS URBIUM GERMANICARUM,

Von

Wachsthum und Aufnahme der Städte in Teutschland;

QUAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO WILHELMO,

REGNI BORUSSICI, ELECT. AC PROVINC. HEREDE, &c. &c.

In Illustri Fridericiana,

PRÆSIDE

DN. JACOBO BRUNNEMANNO,

JURIUM LICENT. AC PROF. PUBL. EXTRAORDINARIO,

Placido Eruditorum Examini submittit

CHRISTIANUS ANDREAS VOSSIUS,

SEEH. PAL. MARCH.

D. XXV. APRIL. ANNO MDCCIII.

HALAE MAGDEB. SUMTU HENDELIANO, 1736.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

ILLVSTRI AC EXCELLENTISSIMO

DOMINO

SAMUELI STRYKIO,

JCto,

SERENISSIMI ET POTENTISSIMI BORUSSIÆ REGIS CONSILIARIO INTIMO, ET ANTECESSORI IN HAC ALMA FRIDERICIANA GRAVISSIMO ETC. ETC.

MOECENATI SUO PERPETUO OBSERVANTIÆ CULTU VENERANDO.

ETsi non ignorem, Consiliarie Regie, *quid* Tua *de me benevolentia postulet, & quantum jam temporis spatium, ex quo meum erga* Te *studium significare omnibus potuissem, effluxerit; tamen meam observantiam* Tibi *nunquam fuisse obscuram, utique confido. Verum quo mea sponte propendebam, ratio postulavit, ne omitterem publicum aliquod officii mei tuendi testimonium, quo, qua semper in me exstitiste benignitate, non ostenderem tantum omnibus, sed &* Tibi *contestarer, neutiquam me velle concedere, ut in voluntate* Te *colendi & observandi, me quis sit anterior, etsi viribus eo pervenire me posse nulla ratione queam sperare. Quare præsentem hanc enixæ voluntatis ac observantiæ meæ significationem* Tua *complectere benignitate, atque ita statue, hoc meum studium, cum ipsa bonarum literarum cognitione sibi vindicaturum quondam Incrementa, &, ut aliquando pro ista* Tua *in me vehementi propensione perfecta laus, perfectumque officium* Tibi *a me præstari possit, incredibili me flagrare desiderio. Cæterum TUAM TUORUMQUE Incolumitatem Deo, meam vero salutem, quam suppliciter possum,* Tibi *commendo.*

ILLUSTR. VESTROR. EXCELLENT.

Halæ d. XXV. April. MDCCIII.

devotus Cliens
CHRISTIANUS ANDREAS VOSSIUS.

J. N. J.

CAPUT I.

De
Origine & Progressu Incrementorum Urbium Germanicarum.

SUMMARIA.

Origo Imperiorum delineatur juxta ductum S. Scripturæ. § 1. *Differitur contra Conringium cum Aristotele civitates ex naturali instinctu arcessentem* §. 2. *Erronea hypothesis Conringii, quod etiam in statu integritatis Civitates futuræ fuissent.* §. 3. *Causa erroris.* §. 4. *Periodus Urbium & Imperiorum una.* §. 5. *Urbis a vico & pago differentia.* ibid. *Antiqui Germani non inhabitarunt urbes, nec propterea Barbari vocandi.* §. 6. *Urbes in Germania Galliæ Italiæque proximiore prius condi cœperunt, quam in Germania magna.* §. 7. *Thranshenani, ob libertatem Urbes aversati sunt eo tempore,* §. 8. *error hinc vulgarium Chronicorum, quæ originem urbium Germanicarum a Græcis Trojanisque petere solent.* ibid. *Sub Carolo M. Urbes nonnullæ Episcopales conditæ.* §. 9. *Numerus vero earum auctus sub Henrico I. & successor.* ibid. *Eo tempore Urbes creverunt commerciis cum Italis.* §. 10. *Specialiter Urbium incrementa non possunt recenseri, causas exponit eleg. Seckendorffius.* § 11. *Inprimis creverunt hoc modo maritimæ Urbes Venedorum.* § 12. *Augmentum incrementorum urbium per fœdus Hansicum.* §. 13. *Huic civitates municipales multæ nomina dederunt, & quare hoc Principes contra prima elementa Status passi sint.* §. 14. *Potiores Urbes Hanseaticæ in Germania recensentur.*

 §. 15.

§. 15. *Urbes hæ etiam hodie commerciis præ aliis videntur aptæ, licet fœdus Hansicum fere expiraverit.* §. 16. *Flandricarum & Belgicarum Urbium incrementa fuerunt decrementa reliquarum Germ.* §. 17. *Gallia hodie cursum istum commerciorum ad se trahere sollicita est.* ibid. *Incrementis commerciorum Urbes, & per consequens Civitates potentia augentur, exemplo Galliæ.* §. 18. *Reditus Regis Galliæ insigniter aucti per commercia.* §. 19. *Germania potuisset perinde crescere, si major opera ibi navata esset incrementis Urbium per varia opificia & mercaturam.* §. 20. *Si importandæ merces perfectæ exportandis copiosiores sint, regio enervatur.* §. 21. *Exemplum Germaniæ, quæ licet feracitate, inprimis argentifodinis, Galliam, Angliam, Belgium superat, opibus tamen comparari cum illis non potest.* §. 22. *Cura itaque adhibenda est, ut Germaniæ urbes magis crescant.* §. 23. *Commodissime hoc fieri potest introductione opificiorum & commerciorum.* §. 24.

§. I.

CONveniunt facile in eo rerum politicarum Doctores, quod societates simplices, nimirum nuptialis ac paterna, priores fuerint societatibus compositis, hoc est, Civitatibus & imperiis civilibus. Quid vero permoverit primos Patres familiarum, ut cum jactura naturalis libertatis, civitatem subirent, ac imperio semet subjicerent, quod præter alia jus vitæ & necis complectitur, & cujus jussu plurima alia facienda, a quibus alias abhorret plena libertas, & omittenda, quæ ex instinctu naturali vehementer sæpius appetuntur; de eo non unanimis inter ipsos sententia deprehenditur. Quanquam vero hæc res, uti omnes de originibus vetustis institutionum humanarum, suis non careat difficultatibus; & modo pro hac, modo pro illa opinione non desint probabiles rationes; nobis tamen sequens, propter autoritatem sacræ Scripturæ, verisimillima videtur. Nimirum testatur Moyses, qui, licet

cet antiquitate omnes profanos ſcriptores ſuperet, tamen res per multa ſecula ante ipſum geſtas memoriæ prodere non potuiſſet, ni per divinam inſpirationem origines rerum ipſi patefactæ fuiſſent, quod Cain prima fundamenta Imperii civilis jecerit, condita Urbe, quam *Hanochiam*, in memoriam filii ſui, ejusdem cum illa nominis, vocavit, Geneſ. IV, 17. Cain quippe proprietatis dominiique cupidus, & præterea ſibi metuens, ob occiſum fratrem Habelem, ab Adamo, Setho, aliisque ejus liberis, quos Adamus genuiſſe plures dicitur Cap. V. 4. id conſilii cæpit cum deſcendentibus ſuis, ut relicta ſimplici paſtoritia vita in caſis & tuguriolis, Urbem exſtrueret, talique munimento non ſolum ad metum diſpellendum, ſed & inſtrumento odii erga probos uſurus. Itaque improbabilis opinio Puffendorffii eſt de *Jur. Natur. & Gent. Lib. VI. Cap. I. ʃ. 4. ſequ.* quod metus contra iniquam vim improborum, tum & commodior ſubſidiorum vitæ comparatio, primos mortales adegerit ad civitates & imperia condenda. Nam hac ratione non impii primam civitatem moliti eſſent, ceu ſacra Scriptura docet, ſed pii Patriarchæ, quo ſcilicet tuti eſſent contra tyrannicam vim Cainitarum. Pii enim & ſimplices ſibi ab improborum petulantia metuere neceſſe habent, non vero vice verſa. Multo minus Ariſtotelicorum ſententia cum veritate congruit, quod homo ex naturali inſtinctu feratur ac rapiatur ad ſocietates civiles colendas, Hornius *de Civit. lib. 1. cap. 4. ʃ. 6.* Perinde etiam ex hac origine Civitatum falſitas communis opinionis ſimul palpabilis fit, ac ſi in ipſo Statu integritatis Civitates & Respublicæ, perinde ac conjugales & paternæ ſocietates, futuræ fuiſſent.

§. II. Hinc non poſſumus a nobis impetrare, ut Hermanno Conringio, ſummo licet viro, aſſentiamur, quando

in

in *Diſſertatione de Urbibus Germanicis*, *ſ. 8. ſequ.* Ariſtotelis opinionem, ut in cæteris rebus, ita hac in re maxime ſequendam eſſe, exiſtimat. Nimirum aſſerit, quod homo natura, h. e. naturæ innato inſtinctu ad civilem ſocietatem feratur, adeoque natura ſit animal πολιτικόν. Hominem namque omni malorum metu abſente, nihilominus natura civilem hanc ſocietatem appetere. Admodum enim imbellia fundamenta huic ſuæ aſſertioni ſubſternit Conringius. Dicit enim *ſ. 10. certum eſſe, homini natura quaſi, ante lapſum etiam, inditum eſſe ſermonem, quorſum vero niſi ſocietatis gratia?* In quibus verbis ſat manifeſte confunduntur ſocietates ſimplices cum compoſitis. Illas ex inſtinctus appetituque ſpontaneo arceſſi poſſe, lubenter concedimus, atque in his etiam uſus ſermonis ſemet exercere poteſt. Hinc corruunt quæ ſequuntur: *Si vero nullus ſit cum quo loquaris, nequidem ſermone tibi opus fuerit.* Ita eſt: ſed annon v. c. in ſocietate conjugali, aut paterna aliquis eſt cum quo loqui poſſumus? Quæſtio autem erat, an ſocietas civilis, qualis eſt in Civitatibus & Rebuspubl. ita radicata ſit in natura hominis, ut citra illas occaſiones, quas in primo §. adduximus, illi, qui primitus in civitates tranſierunt, civilem hanc ſocietatem ex inſtinctu naturæ appetierint? Hujus quæſtionis deciſio affirmativa an fluat ex illatione Conringii ſequenti, merito dubitamus. *Quod igitur*, inquit, *natura homini datum eſt illud*, (ſermonem innuit) *quod non tantum requiritur ad ſocietatem, verum etiam non aliam ob cauſam requiritur, quam ob ſocietatem, manifeſtum quoque eſt, hominem natura quoque ferri in ſocietatem civilem: niſi fruſtra ſermonis uſum a natura conceſſum dicere velis.* Manifeſtam illam illationem, a ſermone ad civilem ſocietatem, perſpicere non poſſumus. Equidem ſi loco *civilis ſocietatis*, poſuiſſet ſimplicem ſocietatem conju-

conjugalem, paternam, justa foret conclusio, sed tunc disputatio extra oleas ac statum controversiæ vagatur.

§. III. Illud vero miror, quod idem Conringius *in §. sequenti 11.* tanta confidentia certitudinis pronunciet, *homines licet non essent lapsi, tamen, quidam ad imperandum, quidam ad parendum, fuissent nati, utpote cum discrimen hoc naturale prorsus sit homini, uti præclare observatum est Aristoteli lib. 1. polit. c. 5.* Enim vero, nisi me omnia fallunt, lubricum testimonium cæci Ethnici est de natura & naturalibus status hominis ante lapsum, quippe qui non ex lumine rationis (posito quod summum in Aristotele opt. max. fuerit, ex mente ejus Admiratorum) sed revelationis hauriendus est. Edocemur vero ex sacris literis, quod status ante lapsum fuerit status perfectus, homine ad imaginem Dei condito. Discrimen vero imperantium & parentium non perfectionem arguit, sed miseriam & statum corruptum, conf. Dn. Thomas. *Jurispr. Divin. Lib. 1. cap. 2. §. 20. seqq.* In hoc vivunt omnes post lapsum, nec de alio Aristoteles testimonium dicere potuit, quod homini naturale hoc sit. Corruunt propterea quæ sequuntur: *Videmus enim natura feminam quoad ingenii & judicii vires, non minus ac ratione corporis viro esse imbecilliorem: videmus etiam natura inter jam adultos & pueros ut ætatis ita & ingenii discrimen vel maximum reperiri, hinc aliis opus esse a quibus manuducantur, virtutesque eorum perficiantur.* Omnia hæc de Statu miseriæ & corrupto lapsum concomitante concedi possunt; Quodsi vero inde ad Statum perfectionis argumentum duceretur, vereor ut magis concludat, quam si dicerem: videmus homines natura ægrotare, mori, partum feminas edere cum ingenti labore &c. Ergo in Statu Innocentiæ ita cum illis comparatum fuisset. Dicis: hæc manifestam imperfectionem arguunt

quæ a Statu perfecto hominum abfuisset. Verum si exulasset manifesta imperfectio a Statu integro, ob ejus summam perfectionem, cur aliis imperfectionibus locus relinquitur in adductis verbis. Hinc mallem etiam omissa fuissent a Conringio sequentia verba: *Quod sane discrimen* (inter adultos & pueros ratione imperfectionis intellectus) *in hominibus etiam non lapsis animadvertere licet, quippe cum & ipsemet Salvator noster, nullo licet peccato contaminatus, sapientia scribatur profecisse.* Vereor enim hic, quod justa consequentia duci possit a Statu Salvatoris in exinanitione ad Statum hominis integri. Christus enim assumsit imbecillitates carnis nostræ, excepto quamvis peccato, *Hebr. II. 14.* a Statu vero perfecto primævo imbecillitas carnis remota fuisset.

§. IV. Primum itaque falsum Conringii, ex quo hæc fluunt, est, quod existimet, si Civitatum origo non deducatur cum Aristotele, ex naturæ intrinseco instinctu; sed (secundum alios) causa externa, metu aut indigentia rerum; sequeretur illud absonum, ac si in Statu integritatis non exturæ fuissent civitates. conf. *Diss. alleg. §. 9.* Verum uti hoc postremum assertum nobis nullo modo absurdum, sed maxime verisimile videtur; ita neutiquam dubitamus originem Civitatum in Urbe Cainitica constituere. Urbs enim sine ordine parentium & Imperantium concipi non potest. Sicque origo Urbium & Imperiorum sive Civitatum coincidit.

§. V. Equidem in sensu politico Civitas ab Urbe differt, dum illa nihil aliud est, quam societas, sive multitudo hominum quæ sub summo imperio continetur omnis sufficientiæ ac beatitudinis civilis gratia. Complectitur illa in se, si magna est, multas provincias, & si illæ magnæ, plures districtus, hi vero iterum varias urbes & vicos pagosque, qui

colle-

collectim sumpti unam constituunt Civitatem, quæ a Majestate aut summo imperio regitur. conf. Ulr. Huberus *de Jure Civit. lib. 2. cap. 12.* Conring. *Diss. de Cive & Civitate in genere consid. §. 31.* Interim non negamus, quod & Civitas sive respubl. in una Urbe consistere possit v. c. Civitas Romana cum conderetur a Romulo, modo finem Civitatis, nimirum securitatem & sufficientiam rerum quæ ad vitam commodius degendam necessaria creduntur, obtinere possit. Nec differunt urbes in Civitate a vicis & pagis, quam quod vici & pagi sint societates in Republ. vel unius patris familias multis servorum familiis circumdati, qualis fuit Status Patriarcharum Abrahami, Lothi, Jacobi &c. vel etiam aliquot Patrum familias sustentationem intendentium ex agricultura & pecuaria, ad sublevandas quotidianas necessitates. add. Dn. Thomas. *Dissert. de Jure Princ. dandæ Civitat. §. 33.* E contrario Urbs societas plurium hominum in Civitate vel Republ. est, sustentationem intendens non solum ex rebus necessariis ad vitam, sed etiam superfluis, hominum industria inventis ad vitam commodius, &, si verum dicere fas est, mollius intemperantiusque degendam.

§. VI. Prout itaque talis urbs abundat commerciis & opificiis varii & fere infiniti generis, omnibus hominum cupiditatibus satisfacientibus; magna & florens audit; contra vero, si hisce quoad magnam partem destituitur, mediocris est, & eo propius accedit ad vicum & pagum, si præter necessaria opificia nihil splendoris ac ad luxum facientis intra mænia sua contineat, uti in modo laudata Dissertatione Dn. Thomasii eleganter est deductum. Quod si vero nunc intueamur antiquum statum Germaniæ nostræ, prout fuit tempore florentis Reipubl. Romanæ, mox deprehenditur, quod veteres Germani quidem primarium finem Civitatis,

nimirum beatitudinem civilem h. e. securitatem tranquillitatemque communem amaverint; verum de altero fine Civitatum, qui in partibus ejusdem nobilioribus scil. urbibus maxime conspicitur, & in abundantia præsidiorum & subsidiorum vitæ commode & molliter degendæ, constituitur, parum fuisse sollicitos. Ubi sane justæ causæ adsunt dubitandi, an propterea majores nostri, veteres Germani, in classem barbarum gentium detrudendi sint, eo quod scilicet, Tacito teste, nulla opum cupidine, nullo luxu, rudi tecti vellere & cibo simplice, lacte, caseo, agrestibus pomis & recenti fera contenti, vitam omnem in studiis rei militaris transegerint. Hinc moris apud ipsos, discretis ac dispersis ædibus habitare, ut fons aliquis, ut campus, ut nemus maximo poterat usui esse, dum ita nihil possent desiderare suæ beatitati. Certe demonstravit sat idoneis argumentis vir quidam eruditus peculiari Diatriba, quod populi illi, qui simplici vitæ generi studebant olim, v. c. Germani, Scythæ, magis virtutum exercitio dediti fuerint, quam Græci & Romani aliique, operam quidem literis navantes & propterea se *moratiores*, reliquos vero ex contemptu *barbaros* vacantes, interim tamen luxui inertiæ aliisque vitiis fibulam strenue laxantes, adeo, ut in proverbium abiret, quod more Græcorum vivere, idem esset ac vitam mollem luxuriosamque transigere, & Roma in flore constituta nil aliud erat, quam theatrum luxus asiatici.

§. VII. Non perstitit vero in illa simplicitate ac ignorantia vitiorum Germania, dum jam Tacitus suo tempore, (juxta Conringium hoc est sub Trajano Imperatore,) de Germanis testatus fuerit, quod postquam vestis elegantior & lautior cibus & domus splendidior, mutatis Romana consuetudine moribus, paulatim cæperit allubescere, creverit

neces-

necessario artificum copia, & merçatura ad exteros extensa sit. Hinc opum cupido & rationes variæ excogitatæ faciendi nummi, inde tandem non elegans amplius vita in usu, sed luxuriosa in pretio. Quod testimonium Taciti tamen non de tota Germania intelligendum venit, sed de illa parte quæ Romana consuetudine utebatur, h. e. *Trans Rhenana*, quippe in qua cum Urbibus & Coloniis Romanorum simul crescebat luxus & splendor morum. Nam ut idem Tacitus *de mor. Germ. cap. 5. n. 6. proximi* (scilicet Romanis & Italiæ) *ob usum commerciorum aurum & argentum in pretio habent, formasque quasdam nostræ pecuniæ agnoscunt, atque eligunt, interiores* (scilicet *in Germania magna* uti vocabatur) *simplicius & antiquius permutatione mercium utuntur.*

§. VIII. Prisci itaque Germani vicos incoluerunt, urbes vero nullo modo potuerunt tolerare; hinc Tencteri apud Tacitum *lib. 4. hist.* Ubiis urbes mœniis cinctas, tanquam munimenta servitutis exprobrabant. Plures vero vici sub uno præfecto sive Judice & Comite jus dicente comprehendebantur, fere ad modum nostrarum Præfecturarum. Duravit hic status, quod scilicet Germania Cis Rhenana sive magna urbibus caruerit, usque ad seculum post Christum natum V. dum nemo Historicorum qui expeditiones Romanorum in Germaniam tradunt, Urbis mentionem facit. Imo usque ad seculum X. rara vestigia, si plane nulla inveniuntur, quod Urbes eo tempore fuerint, si a paucis Oppidis Venedorum trans Albim recesseris. conf. Conring. *Diss. de Urbib. German. §. 29.* Hinc nunc facillimo negotio calculus poni poterit de eorum Chronicorum fide, quæ originem Urbium multarum Germaniæ magnæ a Græcis Trojanisque petunt, ac longe ultra nativitatem servatoris eas extendunt, conf. Dn. Præsid. *Diss. Inaug. de Jure Princ. circa Rationes Civita-*

vitatum cap. 1. §. 44. Nec minus eorum Scriptorum autoritas vacillat, qui Origines Urbium Germaniæ magnæ Romanis aſſignare glorioſum putant, cum tamen Romanorum armorum progreſſus in Germania varius fuerit, & interdum uti ſub Auguſto, cæſo Varo, infelix, & Germania magna eo tempore urbibus caruerit.

§. IX. Quod vero ſub Carolingis Germanorum vici nonnulli in Urbes ſint mutati, h. e. mœnibus cincti, commercia & opificia varii generis ſtabilita in iis, maxime qui Epiſcopis fuere aſſignati, veriſimile eſt. Hi enim quo ad maximam partem in Italia educati, hincque elegantiæ & luxui Urbium Italicarum adſueti, citra dubium in id omnes vires intenderunt, ut vici vel oppida viliora, majora ſumerent per commercia incrementa. Teſtantur tamen annales eorum temporum, quod partim Hungarorum, partim Normannorum excurſiones & deprædationes per Germaniam, ſumma imis confuderint, & ſic etiam incrementa Urbium turbaverint, ſi non plane deleverint. Aſt ſub Saxonicis Cæſaribus, maxime Henrico I. ſive Aucupe, origo Urbium Germanicarum plerarumque & earum incrementa incipiunt. Perſpiciebat nimirum Henricus contra fœdas Hunnorum excurſiones in Germaniam, nulla validiora præſidia excogitari poſſe quam Urbes munitas populoſasque. Eum in finem nonum quemque ex agris in urbes eas inhabitandi cauſa migrare juſſit, ſicque incrementa Urbium Germanicarum inſigniter promovit, de quo ſcriptores & hiſtorici iſtius ævi maxime *Dithmarus Merſeburgenſis, lib. 1.* conſulendi. Exemplum vero ejus ſtrenue ſecuti ſunt Otto M. aliique Imperatores ex ſtirpe Henrici deſcendentes. conf. illuſtr. Dn. a Rhetz erudita *Diſſert. de Statuis Rolandinis*, & Gryphiand. *Tr. ejusd. Tituli.*

§. X.

§. X. Quanquam itaque eo tempore fundamenta florentioris status urbium jacta sint, illæque quo ad commerciorum & variis generis opificiorum cursum creverint; facile tamen ex simplicitate illorum temporum concludere licet, quod viliorum & maxime necessariorum commerciorum mediocris usus fuerit in Urbibus tantum promotus, quod & obtinuisse usque ad annum Christi millesimum centesimum, sive Seculum XI. Conringius *alleg. Diss. §. 85.* asserit. Eleganter hoc confirmat Dn. a Seckendorff, cujus verba in lingua vernacula ex ejus *Statu Christianismi Lib. II. c. V. §. 1.* adducere non præter rem erit. Es ist gar glaublich, inquit, was die Historien, wiewohl nicht gründlich und umständlich genung (denn es mangelte selbiger Zeit an gelehrten und fleißigen Leuten, die etwas rechts auffgeschrieben hätten) melden, daß in den alten Zeiten Teutschland also bewohnet und gepfleget worden, das die Nahrung hauptsächlich auf Ackerwerck und Viehzucht bestanden; und weil die Leute selbiger Zeit, in Kleidung, Gebäuden und andern Dingen, aufs allerschlechteste und einfältigste sich gehalten, haben sie auch gantz wenig Kunst und Handwercker bedurfft, allermassen man noch in Nordischen Landen findet, daß die Einwohner auf dem Lande, nemlich die Bauren oder Ackerleute fast alles was sie an ihrem Leibe, und zu ihren Häusern und Geschirre bedürffen, aus allerley Materialien selbst zuverfertigen wissen, und weder Schmiede, Wagner, Seiler, Schneider und Schuster gebrauchen. Wie man aber mit Annehmung der Christlichen Lehre, und Einführung der Geistlichen, und vornemlich der Mönche, aus den besser gebaueten und angerichteten Ländern, Italien, Franckreich, Engelland rc. auch die Policey, oder die bequämere, zugleich aber auch kostbahrere Art des Bürgerlichen Wesens eingeführet, da ist eine Aenderung in allen Landschafften entstanden.

§. XI. Quomodo autem postea specialiora incrementa Civitatum sese habuerint, ita ut una Civitas præ altera opibus ampla, commerciis & potentia florens facta sit; ob deficiens lumen historicum expediri plene planeque non poterit. Hinc pergit laudatus Dn. Autor: Also ist manchmahl nicht zubegreiffen, warum diese oder jene Nahrung Handthierung und Manufactur, an einem Orte mehr als am andern aufkommen. Zwar bey etzlichen, zum Exempel, wo Eysen und Holtzwahren im Schwange gehen, kommt es von Natur des Ortes her, weil dergleichen Materien allda häuffig vorhanden, bey andern Gewerben aber trifft es nicht ein, sondern ist zufällig durch geschickte Leute und Verleger in Schwang kommen, zum Exempel, Spinn- und Weberey: wo man die Seide, Schaff- oder Baumwolle von weiten zuführen muß. Nimirum, quamvis feracitas soli aliquid conferat ad incrementa Urbium, longe tamen plus momenti affert, bene hoc observante Autore nostro, industria hominum per commercia omnis generis, ceu illud fusius suo loco in Capite secundo demonstrabitur.

§. XII. Interim tamen, quod progressum commerciorum in Urbibus Germanicis attinet, ex historiis perspicimus, quod in illis locis maxime viguerint commercia & opificia, qui scilicet mari aut magnis & navigabilibus fluminibus vicini proximiqne fuerunt. Dum enim ante Seculum IX. commercia in Urbibus nostris duntaxat cum Italis eorumque mercimoniis fuerint, cæptum est circa illud tempus ab accolis maris Balthici, potissimum Saxonibus succedentibus in locum ejectorum & deletorum Venedorum, maritima commercia cum vicinis instituere, indeque Germaniam opulentiorem & mercibus instructiorem reddere. Testatur hoc inter alia nobile Emporium Venedorum *Julinum*, dum illud

Ada-

Adamus Bremensis *Cap. 66.* describit, quod suo tempore (vixit vero sub Henrico IV.) *maxima fuerit omnium quas Europa claudit Civitatum*, præterea dicitur *urbs mercibus omnium Septentrionalium locuples, nihil non habens jucundi aut rari.* Nec modicum ad hoc contulisse halecum capturam celebrem sequenti seculo ad Schoniæ fines, existimat Conring. *cit. Diss. §. 87.* ubi in subsequentibus annotat, quod, quamvis antiqua sit ad mare Balthicum navigatio, non eadem tamen fortuna fuerit Oceani littora inhabitantium; ut adeo ex ea parte incrementis Urbium per navigationem invigilatum haud fuerit.

§. XIII. Auxit vero & insigniter promovit statum Urbium Germanicarum quo ad commercia, famosum olim fœdus *Hanseaticum* vel *Hansicum*, quod plurimæ Urbes Germaniæ cum aliis Urbibus exteris mutuorum commerciorum ergo pepigerunt, & quod tandem potentia opibusque in tantum crevit, ut cum ipsis Regibus Angliæ, Sueciæ & Daniæ præliis navalibus contendere non dubitaret, iisque sæpius haud levem formidinem injiceret, ceu Historiæ bellorum septentrionalium fidem faciunt. Equidem origo istius fœderis, uti pleraque veteris Historiæ, obscura est, & fatetur Chytræus *in Saxon. lib. 22.* quod nihil certi ex præcipuarum Hanseaticarum Syndicis & Secretariis percipere potuerit. Interim tamen eo collimat, quod Seculo XII. paululum ante tempora Imperatoris Friderici II. cæperit, quem hac in re, uti in plerisque rebus Germanicis, presse sequitur, duntaxat stylo tersiore substituto, Thuanus in eleganti digressione *lib. 39. histor.* Nec certiora producere Johannem Angelium a Werdenhagen, in spissis suis quatuor Centonibus de Urbibus Hanseaticis, ineptumque esse autorem, Conringius laud. *Dissert. §. 95.* judicat. Verum an hoc adeo vitio verti

possit Angelio, dubium est, cum ipsi illi qui aditum ad Archiva Urbium præcipuarum & Emporiorum Hansici fœderis habuerunt, consulti a Chrytæo, nil certi afferre potuerint. Videtur itaque Conringii sinistrum judicium ex alio capite, licet ab ipso occultato, profectum esse, præsertim si cogitemus, quod iste autor ob alias suas hypotheses in religionis veræ studio, sæpius intempestive manifestatas, male audiat & plerumque vapulet ab eruditis.

§. XIV. Quanquam autem Germania jam eo tempore multis Urbibus liberis nec Principibus subjectis abundaverit; nihilominus tamen, pauciores quæ huic fœderi nomen dederunt Imperiales Civitates fuerunt, sed pleræque municipales, & potestati Statuum Imperii subjectæ. Nec adeo mirum est, quod Principes subditarum suarum civitatum fœdera cum aliis æquo animo tunc pertulerint, cum hodie contra prima principia politices sit, & crimen læsæ Majestatis vix ulla pœna expiandum involveret, si subditi privata autoritate cum aliis pactiones aut fœdera essent inituri. Nam incidit prima periodus fœderis Hansici in illa tempora, ob quorum barbariem simplicitatemque, Principes regalia sua jura non intelligebant nec curabant, ac qualicunque subjectione civium suorum placari poterant. Accedebat, quod fœdus hoc pro scopo haberet commercia maritima in vigore suo, contra piraticas aliorum deprædationes vectigaliumque immoderatorum exactionem, conservandi. add. Crantzius *lib. 9. Metropol. cap. 41.* licet postea potentiores Urbes sæpius privata utilitate motæ bello se implicare paterentur, simulque sociorum auxilia vi fœderis expeterent. Caput vero omnium Lubeca constituta est, Vandalicarum Urbium quondam florentissima ac potentissima, posthanc Colonia Agrippina, Brunswicum & Dantiscum potiora

Empo-

Emporia inter Germanicas fuere Urbes, de quo fusius tractavit Werdenhagen *alleg. loc.* Hagemeier. *tr. de fœd. Civit. Hanseat. Cap. 2.* Limnæus *J. P. lib. 7. c. 1. §. 64.* Principes itaque Urbes suas omni commerciornm cursu florentes cupientes, huic fœderi directo refragari vix audebant. Interim omnino indicium fuit formæ regiminis Imperii male cohærentis, quod tanta societas, in qua magnum momentum Reipubl. situm erat, sine autoritate publica coierit.

§. XV. Hanseaticas autem Civitates recenset Emanuel Meteranus hist. Belgii ad ann. 1597. sequentibus verbis: Der **Wendischen** seynd sechs, 1. Lübeck, 2. Hamburg, 3. Rostock, 4. Wismar, 5. Stralsund, 6. Lüneburg. Der **Pommerischen** seyn acht, 1. Stettin, 2. Anclam, 3. Golnaw, 4. Grypswald, 5. Kolberg, 6. Stargardt, 7. Stolp, 8. Rügenwald. **Preußische** seyn sechs, 1. Colmar, 2. Thorn, 3. Elbing, 4. Dantzig, 5. Königsberg, und 6. Braunsberg. **Liefländische** seynd drey, 1. Riga, 2. Derpt, und 3. Revel. Der **Sächsischen** seynd dreyzehn, nemlich 1. Magdeburg, 2. Braunschweig, 3. Goslar, 4. Einbeck, 5. Göttingen, 6. Hildesheim, 7. Hannover, 8. Ulsen, 9. Buxtehude, 10. Stade, 11. Bremen, 12. Hamel, 13. Münden. **Westphälische** seynd zehn, 1. Münster, 2. Oßnabrück, 3. Dortmünd, 4. Hersort, 6. Paderborn, 7. Lemgau, 8. Bilfeld, 9. Stippe, und 10. Rasfeld. **Clevische und Märckische** seynd sieben, 1. Cöln, 2. Wesel, 3. Düsburg, 4. Emmerich, 5. Warburch, 6. Una, und 7. Hamm. Quas vero porro recenset inter *Geldricas Transysiluanas* & *Frisicas* præterimus, dum de Urbium Germanicarum incrementis solummodo agere animus est. Ad dubii juris vero refert, scilicet de quibus certo non constat, an fœderi hansico nomen dederint inter Germanicas, 1. Stendel, 2. Soltwedel, 3. Berlin, 4. Branden-

burg, 5. Franckfurt an der Oder, 6. Hall, 7. Quedlinburg, 8. Halberstadt, & nonnullas alias.

§. XVI. Non vero eum in finem catalogum Urbium Hanseaticarum hic adjecimus, ac si in ea essemus opinione, quod hodie ex fœdere multum emolumenti intuitu commerciorum ad nominatas hasce Urbes redundet; sed ut exinde aliquantisper clarum fiat, illas civitates aptissimas esse, ut iis florentior status per opificia & merces concilietur, cum jam a tot seculis huic rei operam dederint huic fœderi semet adjungendo. Interim tamen non longe absum ab illorum sententia qui existimant, usum & vestigia hujus fœderis, post seculum Decimum quintum, fere deleta esse; conf. Dn. Schweder. *Inst. Jur. Publ. Part. spec. Sect. 2. cap. 9. §. 7.* Minores enim Urbes experientia edoctæ, lucrum ex maritimis commerciis in solas majores Urbes redundare, sibi verò tantum partem oneris, ad communem sustentationem fœderis, restare, societatem Leoninam interpretatæ sunt, & hinc pedetentim fœderi huic nuncium miserunt, semetque subtraxerunt. Hinc ex octoginta & ultra Civitatibus Hanseaticis, hodie non nisi tres, nimirum Lubeca, Brema & Hamburgum, rudera hujus fœderis repræsentant, nec spes de ejus restauratione superest, uti apparet ex iis, quæ ann. 1658. agitata fuerunt, vid. Lundorp. Contin. *p. 8. lib. 8. c. 173.*

§. XVII. Præterea si consulimus Historicos Belgas, deprehendimus, Conringium *alleg. Differt. §. 103.* recte annotasse quod totum fœdus non parum labefactaverit Flandrorum & Hollandorum mercaturæ & rei nauticæ studium, quo illæ gentes potissimum floruerunt ab usque Sec. XV. ceu etiam illud plene solideque recensetur in eleganti libello, qui titulum *Interesse Hollandici* præ se fert, nec vulgarem autorem agnoscit, sed fratrum Wittiorum uni adscribitur communi-

muniter. Optandum vero fuisset, ut Germania reliqua Batavorum exemplo incitata, pari passu studium mercaturæ omnis generis in Urbes suas recipiendæ æmulata fuisset, uti imitati sunt Angli, & potissimum Galli. Nullum enim tunc superesset dubium, quod Germania pluribus opibus ac divitiis esset abundatura, cum contrarium experientia toto die loquatur, nec opes Germaniæ cum Batavorum Anglorum & Gallorum divitiis comparari possint. Quod vero pecuniarum abundantia potissimum ex commerciis omnis generis & opificiis rarioribus, in regnum hisce florens instar fluviorum exuberet, facillime vel unius Galliæ exemplo demonstrari potest. Gallia non instructa est auri aut argenti fodinis, & tamen hodierni Regis ordinarios reditus & vectigalia summam 150. Myriadum (Millionum) florenorum Gallicorum transcendere, Puffendorffius *introd. ad Histor. Stat. Europæ Cap. 5. §. 26.* verisimiliter asserit, cum tamen prioribus seculis vix reditus illi novem vel decem Myriades, & Henrici IV. tempore novendecim exæquarent, An. 1639. sub Cardin. Richelio vero ad 77. milliones extenderentur. Causam discriminis prudenter detegit idem hisce verbis: Welcher grosse Unterscheid zwar zum Theil herkommet von dem veränderten Werth des Geldes, und daß man die Auflagen verhöhet hat; doch ist ohne Zweiffel die gröste Ursach hierzu, daß **die Mittel Geld an sich zuziehen seithero in Franckreich vermehret seyn.**

§. XVIII. Nimirum intelligit per media regionem ditescendi, cursum commerciorum in Galliæ urbibus florentiorem redditum. Et notabile est, quod sub Henrico IV. a 10. ad 19. myriades transcenderit, si consideremus, quod hic primus serum præparandi artem in Galliam introducendam curaverit, indem, ut pergit Puffendorffius, die Frantzö-

sischen Waaren das Geld Stromweise in Franckreich gezogen, sonderlich nachdem Henricus IV. die Seiden-Weberey allda eingeführet. Und haben einige ausrechnen wollen, daß Franckreich jährlich von Fremden an sich zieht für Estoffes a la mode 40. Millionen Frantzösche Gülden, für Wein 15. Millionen, für Brandwein 5. Millionen, für Saltz 10. Millionen. Imo quanta pecuniæ vi Germaniam Gallia quotannis emungat, accurate computavit Everhard. Wassenbergius in *Aurifodina Gallica reserata & obstructa*, cujus libri scopus eo tendit, quod Gallorum potentia commodissime possit infringi, si commerciorum Gallicorum cursus apud exteros sistatur. Ut nihil dicam qui ad Gallicarum urbium incrementum conferant eorumque opes augendas peregrinationes Germanorum maximam partem inutiles & nocivæ. Hæc collimat etiam sermo alicujus Politici in Comitiis præsentibus Ratisbonnæ prolatus: Den König in Franckreich schlagen nicht 300000. Mann, aber wol eine Feder voll Tinte. Nimirum demonstraverat, quod Gallia ex Germania pro mercibus suis soli voluptati & luxui inservientibus, quotannis 38. Milliones pecuniæ paratæ acciperet, si hæc aurifodina obstrueretur, cui fini remedia proponebat; simul fundamentum sustentationis exercitibus suis gravibus omnibus vicinis subtraheretur. vid. Dn. Auth. der Fürstl. Macht-Kunst p. 35. ab Excell. Dn. Bodino editus.

§. XIX. Majori vero admiratione dignum est, quod reditus Coronæ Gallicæ sub ministerio Richelii ad 77. & sub hodierno Rege ad 150. Myriades florenorum excreverint. Cujus incrementi causæ inter alia a commerciorum cursu in Urbibus Galliæ florentiore reddito merito arcessitur a rerum civilium politicarumque gnaris. Nihil enim magis in votis fuit hodierno Regi, quam sago & toga sibi immortale

decus

decus conciliare, & cum facile prævideret, quod ſine nervo rerum gerendarum, pecuniæ ſcilicet abundantia, bellum feliciter geri, magnique exercitus ſuſtentari haud poſſint, poſt belli curam nulli rei magis operam una cum intimis miniſtris ſuis, Colberto, Luvoiſio aliisque dedit, quam curſui commerciorum in Regno ſuo ſtabiliendo, cui cum obſtaret Batavorum florentiſſima res navalis, hæc ſemper ſudes in oculis Gallorum fuit, nec ad minorem æmulationem inde fuere incitati, ſiquidem hac in re ſcopo ſuo non plane exciderunt, ceu opes Galliæ bellaque illa immania hiſce nixa ad ſtuporem Europæ teſtantur. Par cura Gallorum circa introducenda commercia & opificia in Provinciis & Urbibus ab ipſis acquiſitis. Memorabile enim eſt, quod Argentoratenſibus ſolis Luvoiſius duas myriades gallicorum florenorum mutuo dediſſe feratur, ad cœmendam lanam atque exinde pannum conficiendum magno cum lucro. vid. Dn. B. a Seckend. Fürſtl. Schatz-und Rent-Cammer *cap. 91. p. 441.* Imo quanta cura ſumptibusque ſubtiliſſimos artifices ac opifices ex Italia, Germania aliisque regnis ad ſe attraxerit, perſpicitur ex vita Colberti gallice primum edita.

§. XX. Cum itaque hoc exemplo quilibet clariſſime convincatur, commercia maxima urbibus incrementa largiri, indeque Principis etiam potentiam fluere; Dolendum eſt, quod Germani non æque huic rei ſtuduerint quam reliqui vicini ditiores propterea facti, Germanorumque ſocordia ac ſimplicitate abuſi. Equidem hoc largiendum eſt Monzambano *de ſtat. Imp. Cap. 7. §. 3.* quod Regiones Europæ ſint, quæ ad commercia cum exteris exercenda, longe commodiorem obtinent ſitum quam Germania. Nam maris opportunitate paucæ duntaxat urbes Germaniæ gaudent,

dent, cum contra vehementer faveat Mare Angliæ, Italiæ, Hiſpaniæ, Luſitaniæ, Galliæ & Belgio. Attamen non plane ora omnia Germanici Imperii a mari ſunt remota, dum ſat magna pars Baltico mari alluitur, unde via ad omnes partes mundi patet. Præterea fluminibus maximis navigabilibus Germania præ omnibus aliis regnis gaudet & inſtructa eſt, unde merces de loco in locum commode tranſuehi poſſunt. conf. Dn. a Puffendorff. *Introd. hiſtor. ſtatuum Europæ Cap. VIII. ſ. 19.* Internæ vero dotes Religionis, tum & feracitas ſoli multis in locis non cedit ulli alii Regno. *In tam vaſta Regione*, inquit Monzambano, curioſus harum rerum obſervator, *cit. loc. ſ. 2. Si Alpium juga excipias, pauca ſunt loca, quæ nihil producant ad vitæ humanæ cultum faciens, is porro rerum ad vitam neceſſariarum proventus, ut eadem extranearum rebus haud quidquam indigeat, niſi ad luxum & ſuperfluas voluptates.*

§. XXI. Neque ſolum Germania fructus & ſubſidia vitæ omnis generis ad neceſſarium uſum incolarum producit; ſed exteris etiam bonam partem cedere poſſet cum non exiguo lucro, wenn, ut verbis Puffendorffii Germanicis l. cit. p. 611. utar, Teutſchland ſich befliſſe die Manufacturen, ſo von den Fremden eingeführet werden, entweder bey ſich zu machen, oder mit ihren eigenen zu frieden ſeyn wolte, und ſich auswärtiger Waaren ſo viel möglich enthielte; würden die Waaren ſo ausgeführet würden, die eingeführten weit übertreffen, und müſte alſo Teutſchland nothwendig reich ſeyn, zumahl das Silber allda in conſiderabler Menge aus der Erde gebracht wird. Nimirum tota res eo redit, quod Reſpublica opibus neceſſario florere debeat, ſi *exportanda* h. e. merces & fructus ex ipſius ſolo provenientes ibique præparatæ, excedant pretium mercium & operarum artificioſa-

clofarum quæ aliunde in illam importantur. Imo ſi & pretium importandorum & exportandorum ſe invicem æquet, nihilominus regio pecunia abundat, ſi ex viſceribus terræ ſuæ producat metalla varii generis, ac inprimis minas auri argentique habeat. E contrario, videas ejusmodi provinciam auro argentoque indies laborare, inſtar occultæ tabis, ſi merces quæ ex peregrinis locis in illam invehuntur magno numero excedant pretium illarum quæ regio vel provincia iſta aliis communicat. Hinc politica cenſura Puffendorffii laudari meretur, quando in Introductione Hiſtoriæ Rerum publicarum Europæ, cujusvis Regni opes & vires ex eo æſtimat, an ſcilicet plus mercium ſuarum aliis communicet, an vero ab iis accipiat. Priori modo non poteſt non augmentum virium ſuarum percipere; poſteriori vero modo eo pauperior regio fit, quo majori numero proportioneque merces peregrinæ invectæ ſuperant pretium domeſticarum rerum aliis communicatarum.

§. XXII. Clariſſimum exemplum hujus regulæ politicæ nobis ſuppeditat Germania. Abundat illa plerisque rebus ad vitam neceſſariis. Præter has vero benefica natura opes ſubterraneas, venas metalliferas, & in ſpecie argentifodinas larga manu conceſſit. Fidem fere omnem ſuperat, quod argentifodinæ ſolius Misniæ, dum in flore fuerunt, & maxime Schnebergenſes, intra ſpatium 70. usque 80. annorum præbuerint an Schlage-Schatz und Zehnden 55000. auri, quas vocant, tonnas. Dieſes iſt vielen Ausländern, inquit Auctor *tractatus* der itzt florirenden Kauffmannſchafft in Teutſchland *p. 18.* fremd vorkommen, und haben es nicht begreifen und glauben können, biß man ſie aus denen glaubhafften Berg-Regiſtern überzeuget hat. Qui etiam propterea ita concludit: Was werden die andern rei-

D chen,

chen, und Silberhaltigen Bergwercke zu Freyberg, als die Haupt-Berg-Stadt, ferner Annaberg, Marienberg, u. a. ausgeworffen haben, ingleichen die fruchtbahren Bergwerck in dem Braunschweig-Lüneburgischen, als zu Zellerfeld, die so genandten Willden Manne, und was im Clausthal, auch in denen Stolbergischen, Mannsfeldischen, und andern Teutschen Bergwercken an Ertz Ausbeute gehoben worden. Omnes tamen illæ divites argentifodinæ Germaniæ, non potuerunt, aut hodie possunt efficere, ut Germaniæ opes comparari cum supra recensitis regnis queant: Vin' causam? sumptuosissimæ merces v. c. vina, aromata, pannum, sericeæ vestes & sexcenta alia voluptati hominum inservientia, magno pretio invehuntur in Germaniam, contra vero vilioris pretii merces ex ipsa in alia regna transuehuntur, quod certissimum & infallibile indicium defectus magis magisque invalescentis pecuniarum in regno aliquo est.

§. XXIII. Ita longe feliciores progressus incrementa urbium capere potuissent, si Germani commerciis ac opificiis rarioribus ac omnis generis majorem operam navassent. Equidem quod hac in re ad tantum culmen Germania adspiratura sit, ad quod pervenerunt Galli, Angli, Batavique, illud moraliter fere impossibile existimo. Interim tamen illud cordatiores non infitiaturi sunt, quod commercia in Germania auctiora florentioraque in urbibus reddi possint, & una cum illis potentia Principis, qui ad gubernacula istius Reipubl. sedet. Quamvis autem ob diversum interesse non Germania conjunctis viribus & unanimi voto salutem suam hac in re curæ cordique habitura sit; attamen videmus, quod unum alterumve membrum ejusdem, salutem terrarum suarum promovere hoc in passu summopere annitatur, cum potissima pars rationis Status in eo consistere videatur,

hocque

hocque facilius a singulis in suis territoriis vi superioritatis territorialis gubernatis cum summo Imperio præstari possit; quam ab omnibus simul. Quippe in Comitiis ad diversos fines tendunt, & ob varias circumstantias lucrum præsens licet exiguum, futuro ut ut opimiori, longe præferri solet.

§. XXIV. Videtur autem totum negotium circa salutem publicam per majores opes procurandam, prout nunc res mundanæ se habent, credoque semper habebunt, in hocce centrum confluere. Nimirum validitas & robur ad subsidia oneris regiminis ferenda, consistit in Urbibus, urbes vero sine commerciis & opificiis vix nomen suum tuentur; nec idoneæ sunt, ut magna vectigalia & subsidia ad sublevandas necessitates publicas inde petantur. Itaque opera navanda est, ut urbes augeantur & crescant commerciis ac operibus manuariis, crescent vero sigillatim Germanicæ, si res & merces propriæ rite præparentur, ac tum demum exteris vendantur; contra vero peregrinis mercibus nimiæ voluptati & luxui inservientibus, aut abstineamus; aut eas producere ex propriis nostris bonis annitamur. Qua in re quo modo procedi possit, plenius nunc tradetur in sequentibus.

CAPUT II.

De
Remediis Incrementa Urbium Germanicarum Promoventibus.

SUMMARIA.

Plerique hodie tantum solliciti sunt circa inveniendos novos modos tributorum. §. 1. *Ipsorum studium temere non est rejiciendum, quia*

Principes ob necessitates publ. multa pecunia indigent, & longe majora essent futura incommoda Status naturalis. §. 2. *Utinam vero par cura esset subditos locupletandi, quo oneribus ferendis pares esse possent, exemplo Hollandiæ.* §. 3. *Robur Provinciarum Germaniæ intuitu tributorum in Urbibus consistit.* §. 4. *Hisce crescentibus, crescit simul potentia Principis.* §. 5. *Urbes vero augentur copia hominum, qui laboribus suis victum & amictum quærere possunt.* ibid. *Varia consilia ad hanc rem perficiendam data, ubi discretione opus.* §. 6. *Nonnulla sunt chimærica, exempla.* §. 7. *Non tamen omnes primo intuitu difficiles propositiones circa incrementa Urbium mox rejiciendæ, & an Mercatores & Cameræ Consil. de super consulendi sint.* §. 8. *Incrementa Urbinm Germanic. vix alia in re consistunt, quam in artibus mechanicis & mercatura.* §. 9. *Prima cura in arcessendis ex aliis terris artificibus & mechanicis omnis generis.* §. 10. *Lautis privilegiis hi sunt invitandi, & indigenæ ad addiscenda peregrina opificia* fremde *Manufacturen) incitandi.* § 11. *Artifices honorandi sunt, alias se recipiunt aliorsum* § 12. *Tribus opificum* (die Zünffte) *valde hoc passu obstant incrementis Urbium nostrarum.* § 13. *Quare abrogandæ sint.* ibid. *Artes mechanicas rariores ob imperitiam matheseos negligunt nostrates opifices, secus in Hollandia* §. 14. *Copia mechanicorum etiam copia materiæ rudis perque opificia præparandæ instructa esse debet.* §. 15. *Germaniæ fertilitas affatim materiarum suppeditat incolis Urbium.* §. 16. *Probatur hoc copia Lanæ ad præparandum pannum tenuiorem.* §. 17. *Si hæc lana ad usum pannorum, tibialium, pileorum rite in urbibus nostris præpararetur, ex sola hac Urbes insigniter augeri possent.* §. 18 *Querelæ justæ, quod Germanicæ Urbes per socordiam exteris hoc lucrum cedant.* § 19. *Remedium itaque exportationem rudis lanæ prohibere, contra vero peregrinos pannos magnis vectigalibus onerare, quo domestici ab incolis consumantur.* §. 20. *Ubi lana deficit, vel non adeo bona est, quid remedii.* §. 21. *Aliæ utilitates urbium ex præparatione lini, linteorum omnis generis, ex quibus ingens pecunia redigi possit.* §. 22. *Reliqua dona Germaniæ, metalla, materia colorum, summatim recensentur, quidque conferre possint ad incrementa opificum* § 23. *Materia opificiorum & inde fluens pecunia in Urbibus, tribus axiomatibus includi-*

cluditur. §. 24. *Insigniter opificia augentur, si peregrina rudis materia propagetur in terris nostris.* §. 25. *Illustratur hoc exemplo Anglorum Gallorumque, bombyces & serum hoc modo in suas Urbes introducentium* §. 26. *Si vero clima regionis hoc non patiatur, saltem curandum est, ut rudis materia invehatur ab extraneis locis, ac in nostris urbibus perficiatur ad usum.* §. 27. *Commodius tamen hoc in urbibus maritimis, v. c. Prussicis, Pomeranicis, procedit, quam aliis.* ibid. *Hoc modo augentur simul commercia, altera columna fulciendarum urbium, Statusque earum florentis.* §. 28. *Propter quæ certa Collegia (Commercien-Collegia) instituenda sunt.* ibid. *Commerciorum vigor in urbibus per privilegia lauta introducitur, & moderatione vectigalium exemplo Ducis Florentiæ.* §. 29. *Si jus Civitatis faciliter concedatur.* §. 30. *Hoc non denegandum ob diversitatem a religione recepta, exemplo libertatis religionis in ipsa Italia concessæ, hodierni Zari moderatio circa libertatem conscientiæ, testimonia de tolerandis ob commercia omnibus sectis.* §. 31. *Tolerantia O. religionum Hollandiam populosam ac divitem fecit.* §. 32. *Judæi in Dania & Hollandia libertate maxima gaudent, item Mercatores Persiani Amstelodami.* §. 33. *Obstaculum commerciorum removendum scil. ambages Processus.* §. 34. *Commercia promoventur celeritate Postarum, propter necess. correspondentias mercatorum.* §. 35. *Item viarum securitate, & maxime fluminibus navigabilibus per Cataractas redditis.* §. 36. *Laudabilis cura Cataractarum a Friderico Wilhelmo Elect. Brandenb. & hodierno Ser. Rege Boruss. impensa.* §. eod. & sequ. *Monopolia & propolia incrementa commerciorum & urbium impediunt.* §. 38.

§. I.

VIdemus hodie haud paucos in id incumbere dies noctesque, ut remedia commoda inveniantur reditus Principis augendi, cum hic solummodo finis soleat esse, in quo tanquam centro conspirant consilia Cameralia. Enim vero non videtur hic labor, hæc cura laude sua privanda, aut cum execrationibus, uti interdum ab imperitis fit,

rejicienda damnandaque esse; quin potius prudenter favore Aulico homines apti ad hoc excitantur, ut consiliis suis ærarium Principis locupletent, nec tamen subditis justam ansam querendi vectigalibus suis suppeditant. Qualis modus, ut rem exemplo declaremus, introductionis *Accisæ* est, quæ principi utilis, subditis non admodum molesta, quia divites potissimum, qui luxui suo ac voluptatibus plurimas merces consecrant, onerantur, illi vero oneri ferendo præ omnibus apti, conf. Dn. Autor der entdeckten Goldgrube in der Accise passim. Hinc videmus etiam, quod præsenti rerum facie benignioribus oculis hunc modum reditus Principis augendi aspiciant illi, qui antea eum maxime aversati sunt.

§. II. Præterea apud æquos rerum politicarum æstimatores, facile excusationem inveniet studium Aularum in augendis reditibus publicis, præsertim si perpendatur, quod in præsenti statu rerum necessitates publicæ sint valde auctæ, dum tot sumtus impendendi in validam militiam, splendidas legationes, & sexcenta alia quibus olim quippe simplicioribus seculis non erat opus, quæ vero nunc omittere velle, sumptuum parcendorum ergo, nihil aliud esset, quam Rempublicam periculo, Principum vero augustas personas contemptui plerorumque, in splendore aliquid magni & gloriosi quærentium, exponere. add. J. H. Bœclerus *de Auspicio Regum Cap. 3. p. 293.* Accedunt tot utilitates & commoda, quæ in cives redundant ex statu civili præ *naturali* h. e. ubi quidem sine Magistratu vivimus in connata libertate, & ubi per consequens nullis tributis opus est, contra vero vitam degimus expositi tot miseriis, quas eleganter & succincte Malmesburiensis Philosophus, Thomas Hobbesius *in Elem. de Cive Cap. X. §. 1.* repræsentat. Nimirum extra

tra civitatem propriis tantum viribus protegimur; in Civitate omnium. Extra Civitatem fructus ab industria nemini certus; in Civitate omnibus. Denique extra Civitatem Imperium liberum affectuum, bellum, metus, paupertas, solitudo, in Civitate Imperium rationis, pax, securitas, divitiæ, ornatus, societas, elegantia, decorum, scientiæ, benevolentia. Hinc politice Dn. a Puffendorff. *de J. N. & G. lib. II. c. 2. §. 2.* annotavit, quod nulla ratione efficacius extingui possint querelæ vulgi, quas circa onera & incommoda civitatum sæpius importunius crepat, quam si ipsi ob oculos repræsententur *Status naturalis* miseria & incommoda exinde prono alveo fluentia.

§. III. Optandum vero esset, ut qui incrementis redituum publicorum student, non tantum oculos attentos haberent novos modos tributorum inveniendi; quippe qui inventu non adeo difficiles creduntur, maxime si potentia superioris adsit; sed etiam consilia suppeditarent subditos locupletandi, quo eo promptius oneri imposito ferendo essent pares, uti judicat Dn. Auct. der Fürstl. Schatz-und Rent-Cammer *p. 29.* Testatur enim experientia, quod regio, in qua per merces mutuas non deest occasio variis laborum generibus pecuniam acquirendi, onera publica ad sublevandas necessitates communes imposita vix sentiat. Quis hilariori vultu crepat libertatem suam quam incola Hollandiæ, & qui e contrario, majoribus tributis obnoxii vivunt quam liberi Hollandi? Die meisten Einkünffte, inquit Puffendorff in der Einleitung zur Historie der vornehmsten Reiche und Staaten von Europa *Cap. VI. §. 21.* fliessen aus den Imposten auf die Consumption her, und saget man, daß ehe man zu Amsterdam ein Gericht Fische mit einer Sausse aufm Tisch setzen kan, man zuvor dreyßig verschiede-

ne

ne Anlagen davon bezahlen müsse. Et tamen querelæ desuper vix audiuntur, quia scilicet florentissimo cursu commerciorum affatim pecuniæ iis ad hæcce onera patienter ferenda suppetit. Contra si Princeps aut ejus Consiliarii, non curam ditescendi suas Provincias gerant, sed tantummodo tributis id quod superest exhauriunt; eo tandem res suas redactas vident, ut vix ordinarii reditus iis solvi possint, nedum ut spes aliqua collocanda sit in extraordinariis tempore summæ necessitatis conferendis. Nam & fontes exarescere videas, si aqua frequenter exhauriatur, rivulis vero, unde suppleri debent, careant, aut meatus illorum, impedimentis objectis, intercludantur.

§ IV. Perinde enim comparatum est cum Provinciis ac Regionibus Germaniæ. Inhabitantur illæ hominibus trium generum, nobilibus & rusticis. Illi, ex primaria destinatione concessorum Feudorum, Principi ipsorum ope ad defensionem Reipublicæ suæ indigenti assistere adstricti, eumque in finem, juxta proportionem bonorum feudalium, certa servitia Equestria iis injuncta sunt. Isti in Civitatibus mercimoniis ac opificiis operam novando, totam Rempublicam locupletem ac beatam reddunt; hi agro colendo reique pecuariæ studendæ destinati sunt. Unde facile perspicere est, quod basin potentiæ & florentis status secundum felicitatem civilem, constituant urbes & copia incolarum incremento regionis per commercia invigilantium, hincque Provinciam eo potentiorem & florentiorem esse, quo majoribus commerciis ac opificiis omnis generis gaudentibus instructa est. Inde enim fundus ac nervus belli & pecuniæ peti tunc commode potest, & si hac polleas, milites ad defensionem deesse non possunt, licet paucissimi conscribantur ex incolis istius Reipublicæ, uti exemplo Bel-

gii

gil fœderati vel inpræsenti bello manifeste apparet. Observavit hoc iterum bene B. Dn. a Puffendorff *Histor. Suec.* *§. 83.* dum de Regno Sueciæ annotat, quod ibi optimum fundamentum, præter morem aliorum Regnorum, nationis collocetur in ruricolis. Verba ejus hæc sunt: Wobey auch dieses zu beobachten, daß da in vielen andern Reichen in Europa, wegen der vielen und volckreichen Städte, der **Bürger-Stand gleichsam das** Fundament **von der** Nation **ist**, hingegen in Schweden gleichsam die Baurschafft davor zu halten ist, weil aus derselben alle gemeine Milice zu Wasser und Lande bestehet. Protulerat hæc verba, postquam comparationem instituisset inter modicum numerum hodiernum incolarum Sueciæ, & veterem ejusdem populositatem tam celebrem apud Historicos, qui veteres migrationes gentium ex septentrione describunt. Hinc Puffendorffius innuere hac observatione vult, quod Regnum non possit adeo populosum esse, ubi non fundamentum ejus potentiæ in urbibus earumque incremento ponitur, sed in ruricolis. Nam horum plures in regione quadam degere non possunt, quam quibus ad agrum colendum opus est, aut si numerus abundet, alter alterum perdit. conf. Dn. a Seckendorff. **Christen-Staat** *L. 2. c. 5. §. 1.* Contra vero Civitates, propter commercia omnis generis, eo plures capiunt incolas & cives, quo illa copiosiora & florentiora sunt. Sic vix centesima pars incolarum urbium Belgii semet sustentatura esset fructibus ex terra istius regionis productis, nisi per commercia aliunde victum ac amictum sibi compararent. Atque in hac copia hominum, quibus laboribus suis vitæ subsidia omnis generis acquire occasio est, consistit vera potentia ac felicitas regionis, quam laudatus Seckendorffius *cit. lib. cap. 13. §. 1.* ita exprimit: Die Vorsorge Gottesfürchtiger Regenten beste-

het darinn, daß die Unterthanen bey ihrer Nahrung und Gewerbe, das Auskommen und alle möglichste Befoderung haben, und ihre Anzahl sich eher vermehre, als vermindere, weil auf der Menge wohl genehrter Leute der gröste Schatz des Landes bestehet.

§. V. Notanter vero B. Dn. Auct. dicit: Auf der Menge wohlgenehrter Leute. Nam si copia hominum abundes, nec tamen iis remedium superest vitam suam commerciis ac opificiis artibusque mechanicis sustentare; vel ad rebellionem inclinant, si nationis genius ad turbas inclinet; vel si sedatioris quoad maximam partem naturæ sint, manifesta mendicitate laborant, nec unquam ejusmodi Regnum potentia, opibus, & sic beatitudine civili cum florentioribus, comparari poterit. Unicus Pagus Helveticorum fœderatorum, (Canton Bern) trium dierum spacio *centum millia* bellatorum in campum educere posse fertur, unde copia populi in Helvetia satis perspici potest; Verum quia nec commerciis, nec opificiis florent in regione ob colles & & valles frugum non adeo feraci; instar infortunii computant, teste Puffendorffio *Introd. Hist. Cap. 7. §. 7.* si per singula lustra pestilentialem luem non sint experti, quo onere multitudinis hominum leventur, quippe quos sterilitas soli non capit, nec placet indigentiam commerciis & operibus manuariis supplere, dum unicum fere eorum studium circa res pecuarias occupatum deprehenditur.

§. VI. Adductum autem jam superiore Capite est, quod incrementa plerarumque Urbium Germanicarum hactenus tanta non fuerint, quanta potuissent esse, si debito modo illa promota fuissent. Hoc itaque nunc caput rei est, quomodo scil. status Urbium commode, nec solum in charta, sed etiam re ipsa, florentior reddi possit. Equidem non defue-

fuerunt hactenus huic rei summopere ab aulis desideratæ facilitandæ consilia, sed pleraque felici eventu caruisse, experientia testata est. Cujus rei variæ causæ politicæ assignantur ab harum rerum peritis, si vel solius Becheri tractatus lingua vernacula conscripti sub titulis: Von Aufnahme Teutscher Städte und Länder, it. Närrische Weisheit, und Weise-Narrheit, desuper consulantur. Sic etiam usus docuit, non frustraneam esse querelam B. Dn. a Seckendorff im Christen-Staat *Lib. 11. Cap. 13. §. 5.* quando inquit: Rath gehöret hierzu, an dem es in denen meisten Oertern mangelt, da man in Collegiis, Rath-Stuben und Gerichts-Stellen, entweder nur was klagbar wird, straffet, oder etwann wenns hoch kommt Leute niedersetzet, die auf allerley Art das Cammer-*Interesse* befodern sollen. Denn ob sie wohl fürwenden, sie wolten neue Commercien und Manufacturen stifften, ist doch offtmahls nicht allein das principal-Absehen auf Eigennutz gerichtet, sondern es werden auch keine andere Mittel darzu gebraucht, als die in particulari erspießlich fallen, und hingegen das gemeine Wesen, oder einen mehrern Theil der Unterthanen verderben.

§. VII. Nec illud abnuere animus, quod cum nonnullis consiliis circa incrementa regionum ita comparatum fuerit, ut nimia jactatione aureorum montium, justam suspicionem frustranei eventus apud perspicaciores excitaverint; nec illa semper chimæricis, h. e. moraliter impossibilibus propositis remediis vacaverint. Huc referunt propositiones modo memorati Becheri, nonnullis Statibus Imperii, in specie Comiti Hanoviæ factas, ut mercaturam Urbium suarum ad fines usque Orientalis & Occidentalis Indiarum proferrent. Nescio etiam an non ad hanc classem pertineat illud consilium, quod facilitandorum commerciorum, & sic

Urbes ditionesque suas locupletandi datum, inque actum deductum fuit, ut ut sine felici eventu, a Duce Holsatiæ Friderico, qui per Moscoviam ex Persia opificia & sericum aliaque in terras suas transplantare annixus est, eumque in finem adornavit splendidam legationem ad Monarcham Persarum, quam plenius describit Olearius (qui Secretarius legationis fuit,) in der Moscowitischen und Persianischen Reise-Beschreibung, conf. Becheri *Tract.* die weise Narrheit. Enim vero anima ejusmodi consiliorum ad emendationem & majus incrementum tendentium consistit in applicabilitate. Hæc si sperari ob impossibilitatem moralem non possit, frustraneus est omnis labor huic rei insumptus.

§. VIII. Interim tamen, si consilia incrementis Urbium studentia concomitentur nonnullæ difficultates, non mox de felici eventu desperandum est, quamdiu spes est, quod rationabiliter superari, & obstacula removeri possint. Hinc & prudens Princeps hoc casu illorum consiliis super incrementis Civitatum suarum abstinet quorum scilicet utilitas requirit, ut res in pristino statu maneant; nec tamen vicissim consultum est, patulas aures præbere illis, qui quidem aureos montes ex praxi consiliorum suorum pollicentur, intereaque remunerationi inhiant, nec tamen aliis partium studiis non deditis illam utilitatem liquido demonstrare valent. Ad priorem classem refert *Dn. Autor* der Fürstl. Schatz-Kammer *integro Capite 106.* omnes mercatores, præter experientiam ad quam provocat, & quæ tum ex ejus functione, tum & contentis totius Tractatus abunde patet, hisce notabilibus verbis utitur: Die Ursach warum ich wieder die Kauffleute also deutlich rede oder schreibe, ist, dieweil sie grosse Ursachen seyn, daß bishero das Manufactur-Werck in Teutschland ist liegen blieben, denn so bald die Fürsten in dieser

Materie

Materie die Kaufleute zu Rathe gefraget, haben diese ihres *Interesse* halber, alle solche Gedancken vor Speculationes ausgeschryen und alle inpracticabel zu seyn vorgegeben, was jemahls in dieser Materie proponiret worden, wodurch denn unserem Vaterlande so grosser Schade geschehen ꝛc. Cautelam, quæ circa consilia Mercatorum commendatur, applicat Aut. der Fürstl. Macht-Kunst ad ipsos *Consiliarios Camerales*, incrementa nova impedientes, licet ex diverso a mercatoribus scopo, cujus judicium de hisce lectu dignum *p. 49. seq.* invenitur.

§. IX. Igitur ut scopuli hi de consiliis non applicabilibus evitentur, quippe ad quos omnis spes incrementorum urbium naufragium facere solet; circumspiciendum est, annon adsint talia remedia augmenti urbium, quæ jure suo & ex calculo prudentum inter entia rationis politicæ referri haud possunt. Puto vero, quod talia adsint, & quod Principes, si ipsis urbium suarum salus, tanquam propria, ceu supra evictum est, curæ cordique sit, talia promovere obstricti sint. Nimirum allatum est Capite I. quod formalis conceptus differentiæ urbis a vico & pago consistat in eo, quod in his agriculturæ, pecuariæ & simplicioribus ac ad sustentationem vitæ necessariis opificiis, a modica valde copia hominum in ejusmodi pago congregatorum, studeatur; contra vero in urbes, siquidem mensuram hanc vere adimplere debeant, confluat insignis multitudo hominum, sub summo imperio per mercaturam & opificia omnis generis non solum necessitati, sed & commoditati vitæ intenta, & cum commoditas hæc pro varia mixtura temperamenti humani fere infinita sit, infinita etiam negotia, commercia, & operas mechanicas inventas esse, insignem multitudinem hominum requirens, & prout magis hisce urbs abundat, pro-

ut dicitur quod florentiſſima ſit, & finem ſecundarium ſocietatis civilis, nimirum beatitudinem civilem, ſive abundantiam ſubſidiorum vitæ, non exiguo perfectionis gradu aſſecuta ſit. Quod ſi vero nunc intueamur municipia Germaniæ, pauciſſimæ erunt, quæ ad hanc metam pervenerunt, pleraque vero multum trahunt ex priſtino ſtatu ruſtico, dum præter opificum paulo majorem numerum, quam in vicis & pagis neceſſitas poſtulat, & deformia rudera mæniarum, vix aliquid poſſident, unde ſe efferre præ vicis poſſunt. Fac itaque ut urbes Germaniæ opificiorum & artium mechanicarum, tum & mercium omnis generis copia abundent, & incrementis urbium erit proſpectum, & inde etiam ſaluti Principis, quippe quæ cum ſalute populi eſt connexa, ſalus vero populi politica conſiſtit in abundantia ſubſidiorum vitæ.

§. X. Primum itaque opus eſt, ut ſollicita cura geratur, quo opificiis & artibus mechanicis, (*Manufacturen*) urbes impletantur, quod ſi hoc præſtitum ſit, nullum eſt dubium, quod & commercia reliqua ſint ſecutura, ſedemque in illis civitatibus electura, numerusque populi & ſubditorum inſigne ſimul augmentum capiet. Nam multitudo populi non ſemper ex *vilitate annonæ*, ſed ex commerciorum multitudine provenit. Die Menge und Vielheit der Unterthanen, entſtehet nicht allemahl aus der wolfeylen Zehrung, welches man in Polen und andern wolfeylen Lebens-Orten gewahr wird; ſondern aus dem groſſen Gewerb: ob es gleich noch ſo theur iſt, wie in Holland klärlich zu ſehen iſt, verba ſunt Dn. Autoris der Fürſtl. Macht-Kunſt *p. 62.* Remedia vero ad novas & in plerisque noſtris urbibus incognitas operas manuarias tum & operas manuarias artesque mechanicas introducendas, varii varia attulerunt, nobis

vero

vero præ omnibus ſequentia ad introductionem faciliora videntur.

§. XI. Nimirum ad artes mechanicas & opificia rarioris texturæ artisque in urbibus ſtabiliendas requiruntur, *periti* artifices, qui arceſſendi ſunt ex aliis Provinciis, nec *hoc* caſu ſumptibus parci debet, ſolchen Leuten, loquor cum Puffendorffio, wenn man ſie von auſſen herein haben ſolte, müſte man raiſonnable Freyheit gönnen, und Gelegenheit etwas ehrliches zu gewinnen. Denn daß man mit ihnen umgehen will, wie man mit den Schwartzen in West-Indien thut, und an ſtatt Lohns ihnen Victualien durch einen eigennützigen Factor zuwägen will, dadurch wird man keinen ehrlichen Handwercks-Mann beybehalten. *Hiſtor. Suecic. §. 86. in fin.* Graviter conqueritur laudatus Autor der Fürſtl. Rent- und Schatz-Kammer *cap. 92. pag. 453.* de praxi plerorumque Principatuum impingente in hoc monitum. Sed nec cives inquilini negligendi, quin potius privilegiis lautis aliisque præmiis incitandi, ad opificia rariora, & quibus exteri Germanos tanta pecuniæ copia emungunt, addiſcenda. Non vero ingenia Germanicæ nationis adhorrere ab his, aut inepta eſſe ad ſubtiliſſimas etiam artes mechanicas addiſcendas, teſtantur incolæ & Cives Noribergæ, Auguſtæ Vindelicorum, Francofurti ad Mœnum, Lipſiæ, aliorumque locorum. Et de Gallia teſtatur Tractatus der Fürſtl. Macht-Kunſt *p. 90.* Quod ad quæſtionem peregrinorum, quis optimus artifex v. c. Pariſiis ſit cujus opera uti velint, Galli reſpondere ſoleant: *Il y a un certain Allemand qui travaille le mieux*, idem teſtimonium, de copia optimorum artificum Germanorum in Gallia commorantium, perhibet Autor der Fürſtl. Schatz- und Rent-Kammer *alleg. cap. 92.* Dolendum vero eſt, quod ſtatus regiminis ad communem felicita-

tem

tem omnium ita adaptatus & temperatus haud fuerit, ut indigenæ opifices ſuſtentationem in aliis terris quærere coacti ſint magno Germaniæ damno.

§. XII. Præterea non improbabilis eſt ratio nonnullorum, quod humilis conditio Mechanicorum & opificum etiam rariorum, in qua vivere apud Germanos communi æſtimatione cogantur, non modicum conferat, ut indigenæ, qui in opificio excellunt, alias ſedes quærant, ubi ſuæ arti honos tribuitur, peregrini vero opices detrectent fortunarum ſuarum ſedem collocare in regione, ubi a plebe infima vix dignoſcuntur. Inde provenit, ut quilibet fere, ne ruſticis paulo ditioribus exceptis, liberos ſuos literarum ſtudiis mancipet, licet huic rei nec fortunæ parentum, nec ingenia liberorum ſatis reſpondeant, atque adeo tanta copia inutilium terræ ponderum laboremus, quæ litteratorum titulum ſibi arrogant, ut abundantiam ſemidoctorum prætereamus ſilentio. Imo contemptum opificum ſat arguit, quod haud pauci litteratorum ex infima claſſe, quos vulgus ſcribas vocat, dubitent filias ſuas elocare honeſtioribus opificibus, ſub prætextu inæqualitatis ſtatus. Quare non ſpernendum videtur conſilium, quod ad revocandos artifices ſubtiliores ex aliis terris ſuppeditat Dn. Aut. der Fürſtl. Macht-Kunſt *p. 98.* ſcil. quia honor alit artes, etiam quantum fieri poſſit, inſigniores artifices, quorum labor Reipubl. maxime utilis exiſtit, honorandos eſſe, nec in urbibus ab omnibus officiis, quibus veneratio modica ineſt, v. c. Decurionatus in Municipiis, excludendos eſſe. Equidem prævideo hic aliquos conſuetudines veteres, obſervantiam aut etiam ſtatuta objecturos eſſe, quippe quæ velint, ut honoratiores in Collegia Senatuum cooptentur. Verum cum iſtæ obſervantiæ ac ſtatuta non impediant, ut in multis urbi-

bus

bus infimum genus Mercatorum quod per ulnas & pondera merces vendit, excludatur, non video, quid nobilioris operis Mechanicis ac opificibus obstare possit, præsertim cum & florentissimæ aliquæ Civitates, v. c. olim Argentoratum non dedecori sibi esse putavit Senatus membra agnoscere opifices.

§. XIII. Inprimis autem incrementis urbium Germanicarum, ratione amplioris numeri opificum, obstare creduntur tribus opificum (die geschlossene Zünffte) de quibus fere consentiunt illi Autores, qui cum judicio aliquid circa emolumenta urbium Germanicarum ediderunt. Ita Becherus supra laudato tractatu von Aufnahme Teutscher Städte und Länder; ita par illustre Anonymorum, cujus sæpius a nobis mentio facta est, judicat, quod tribus & statuta opificum sint pestes incrementorum Germaniæ; Audiamus emphatica ipsorum verba: die vermaledeyte Zünffte, inquit Aut. der Fürstl. Rent-Cammer *p. 450.* sind die ärgste Pest von Teutschland, und Ursach, warum die Manufacturen in Teutschland bis dato nicht haben empor kommen können. Iisdem fere verbis, (uti in plurimis aliis capitibus,) utitur Dn. Autor der Fürstl. Macht-Kunst *p. 93.* Den Ruin unser Manufacturen verursachen insonderheit die Gilden oder geschlossenen Zünffte, welche platterdings abgeschaffet werden müssen. Dahero, söllen die Manufacturen floriren, so muß dieser Gifft vertilget, alle Gilden, und ihre dem publico höchstschädliche Innungs-Brieffe abgeschaffet werden. Dura hæc verba haud paucis videbuntur, sed nec omiserunt isti Autores, qui tam acriter invehuntur in tribus opificum, rationes assertorum suorum edere, quæ adducere in compendium redactis ipsorum verbis germanicis institutum nostrum poscit: Die geschlossene Zünffte hindern quocunque modo die

Multiplication der Arbeiter, und consequenter die Manufacturen. Denn da muß nur eine gewisse Anzahl der Meister seyn in einer Stadt: Ein Meister darff nur einen Lehr-Jungen und zwey Gesellen halten: Da kostet die Innung, das Bürger-Recht, das Meister-Essen so viel, daß ein armer Kerl, er könne sein Handwerck gleich besser als die Alten, wo er nicht des Meisters Tochter oder Wittib heurathet, nicht aufkommen kan. Heurathet er sonst, so giebt man ihm als einen Gesellen keine Arbeit:. Sitzet er und arbeitet vor sich, so wird er nicht gelitten, sondern als ein Pfuscher aufgehoben: Ziehet er aufs Land, da hat er keine Nahrung. So muß ein Junge so viel Jahre stehen, die Kinder warten i. e. lernen, so viel Jahr wandern, ehe er sich setzen, und dem Vaterlande zu Nutzen, seine Handthierung treiben darff; da bleiben gemeiniglich die geschicktesten Gesellen aus. Kein Huren-Kind, kein Schäffers-Sohn wird eingenommen, da doch mancher einen reichen Vater hat, der ihn hernach wohl forthelffen könte. Ja was das schlimste ist, er darff seine Arbeit nicht besser machen, wenn ers gleich weiß, als Handwercks-Gewohnheit mit sich bringet. conf. uterque Autor *loc. cit.* Ex quibus verbis incommoda tribuum in rempublicam redundantia, satis manifeste colligi queunt. Consilium proponit sagacissimus Monzambanus *de Stat. Imp. Cap. VII. §. 2.* quod opes Germanorum conservaturum esset, si vestirentur illi pannis ex propria lana confectis, suosque relinquerent Hispanis, Anglis & Batavis; Aut si horum elegantia arrideat, deberent artem illam melius excolere indigenæ opifices. Verum recte ad h. l. annotat Dn. Thomasius, *p. 351.* Quod opifices nostri, parum aut nihil excolant, quia monopoliis gaudent & statutis, nemoque admittatur ad opificia, nisi opificis filius, aut filiam ducens, quod perdat omnia opificia.

§. XV.

§. XIV. Aliam tamen causam neglectus opificiorum rariorum & subtiliorum non improbabiliter assignat modo memoratus Dn. Autor. Nimirum neglectum artis Mechanicæ & Matheseos in Scholis & Academiis nostris. Nam cum ignorent communiter eruditi usum circuli, quid de opificibus sperandum? Quid mirum itaque, quod opifices nostri hac scientia destituti, quæ fundamentum est artium Mechanicarum, a modo operum semel recepto non discedant. Monzambano *cit. loc. §. 2. inf.* ipsorum stoliditati hoc tribuit, quod tamen meliori jure ignorantiæ adscribendum est. Longe prudentius vero Batavorum hac in re institutum est, quippe publico salario conduxerunt quosdam, publice & gratis docentes in majoribus Civitatibus illas Mattheseos partes, quæ ad opificia excolenda & navigationem instituendam faciunt, idque non lingua latina, (nam pro sua, quam amant, libertate, amplexi sunt schismaticam illam opinionem, nostris ludimagistris adeo exosam, quod sapientia, bonæque litteræ & artes, etiam in alia quam latina lingua possint proponi) sed sua vernacula. Ubi non mirum tunc est, quod, postea accedente usu & experientia, ibi opificia omnis generis & artes Mechanicæ subtiliores ad majorem perfectionis gradum perveniant.

§. XV. Perspectis itaque modis, copia peritorum artificum mechanicorumque urbes nostras beandi; frustraneus tamen omnis conatus foret, nisi simul affatim materiarum omnis generis comparetur, ut habeant illi in quo industriam artemque exercere suam queant. Consistit vero illa materia operum manufactorum in omnis generis rebus, quæ arte & industria ex rudi forma possunt præparari ad humani generis usum necessarium, tum & commoditatem. Hinc post numerum opificum secunda cura ad comparatio-

nem materiæ opificialis extendenda eſt. Eſt vero illa materia duplicis generis. Vel enim ſolum Germania ex ſe illam producit, quæ omnis ſub nomine *domeſticæ* materiæ veniet; vel *peregrina* eſt, ſcilicet quæ nondum præparata ad nos advehitur, & a noſtris demum opificibus præparanda eſt. De utraque ſeparatim agendum erit, initio facto a domeſticis opibus in Germania productis. Nam ſatis opulentæ urbes noſtræ eſſe poſſent, ſi omnia illa quæ in Germania naſcuntur, exteris tum demum venderentur, quando ad ultimum perfectionis opificia gradum in urbibus noſtris forent perducta.

§. XVI. Quod itaque attinet propria bona Germaniæ, fatendum eſt cum Monzambano *de Stat. Imp. Cap. VII. ſ. 2.* quod in univerſum Germania intuitu bonorum ſuorum opulenta poſſit æſtimari Regio. Nam præterquam quod materiam nummorum ipſa generat, conf. ſupra *ſ. 22. Cap. I.* omnia producit, quæ ad neceſſitatem & (quæ pari paſſu cum ea, intuitu divitum, ambulant,) delicias vitæ humanæ faciunt, ut non incolis ſolum ſufficiant, ſed & cum exteris communicari poſſint. Huc pertinet ingens copia frumenti, qua pleræque Provinciæ abundant, ut exterorum indigentiam inde ex parte ſupplere poſſint. Memorabile eſt quod narrat Lanſius *Orat. pro Germ. p. 45.* cum MDXCI. Italiam & inprimis Romam graviſſima fames affligeret, atque ex Holſatia, Civitatibus Vandalicis, mercatores eo cum navibus frumento onuſtis irent, Papam curſorem, qui nuncium adventantium Germanorum primus attulerat 1000. Ducatis remuneraſſe. Ut ut vero exinde bonam pecuniæ ſummam ab exteris accipiant Germani, conſiderandum tamen eſſet, an non majus lucrum ex præparatione *Vini aduſti*, non quidem vulgari, ſed magis gratiori modo, uti exempli cauſa, Dantiſci

præ-

præparari ſolet, quæri, ſicque pedetentim Gallica & alia vina adûſta peregrina in Germania rariora fieri poſſint. Nam ſupra *ʃ. 18. cap. 1.* annotatum eſt, quod Gallia a peregrinis quotannis V. millionum florenorum accipiat pro ſuis Vinis aduſtis. Nec dubium, quod ſub hac ſumma magna pars argenti Germanici deliteſcat.

§. XVII. Abundat præterea Germania noſtra *lana*, quæ ſi dextre tractaretur, maximam partem divitiarum Germanicis Urbibus largiri poſſet. Nam poſt Hiſpanicam & in ſpecie Segovianam lanam, de qua Becher. *tr.* von Aufnahme der Städte *p. 738.* ut & Anglicanam, de qua Dn. Becmann. *in Hiſtor. Geograph. cap. 5. p. 121* Aut. Fürſtl. Schatz- und Rent-Cammer *p. 304.* proximus locus debetur lanæ ex Germania noſtra; ita tamen, ut natura uni provinciæ præ altera magis proſpexerit. *Misnicam, Bohemicam, Moravicam* lanam deprædicat A. *l. cit.* woraus, pergit, herrliche Tůcher könten gemacht werden, wenn nur die närriſchen geſchloſſenen Zünffte, mit ihren Handwercks-Bräuchen, die Meiſter aus Holland und Engelland, welche mit der Arbeit, auf eine andere Weiſe beſſer fortkommen, nicht aus dem Lande verbanneten. Sermoni ſuo fidem facit exemplo Civitatis Auſtriacæ (nam hic Autor, ni fallor, Imperatori eſt a Cameræ conſiliis) *Horn* dictam, quod ibi tantæ bonitatis pannus ſit præparatus, ut Hollandico nil cederet. Nec lanæ *Marchicæ* laus bonitatis detrahenda eſt, cujus rei argumentum adducit Dn. Urſinus *diſſert. de lana & lanificio, Cap. I. n. 66.* quod a vicinis Sileſiis & Misnicis avidiſſime expetatur.

§. XVIII. Nullum itaque eſt dubium, quod ſi rudis hæc lana ad uſum pannorum, tibialium, pileorum, & multarum aliarum rerum, de quo uſu lanæ & lanificii videatur Becher. *alleg. tr. p. 131. ſeq.* rite præpararetur in urbibus noſtris,

multa pauperum millia subsidia vitæ largissime sibi inde comparare possent. Nihil enim magis expedit urbibus, quam textorum textrinorumque multitudo, quæ subsistere non potest, si rudes materiæ, & inter eas lana, exteris vendantur ad præparandum. Nam ex lana rudi infinitæ propemodum rerum species opificum operis formari possunt, quæ singulæ suo eoque sæpe maximo pretio, pretium rudis materiæ proportione duplici & amplius excedente, veneunt. Si itaque hoc lucrum incolis eripiatur, & exteris relinquatur, quid aliud faciunt Patres patriæ, quam ut liberis panem auferant & illum projiciant aliis peregrinis, qui inde ditescunt & Principum suorum opes ad nos debellandos augent. Becher. *alleg. tr. P. 1. c. 6.* Bornitius *tr. de Rerum sufficientia lib. 2. c. 2.* Lindenspür. *in Comment.* über die Fürstl. Würtenberg. Landes-Ordnung *p. 126.* Ut adeo Becherus rerum commercialium peritus non præter veritatem pronunciet ac concludat *alleg. tr. p. 399. & p. 47.* Die Wolle ist nichts anders, als für das gröste beneficium eines Landes zu rechnen: Denn sie ist das eintzige rechtschaffene Mittel, die Müßiggänger und arme Leute, in der Arbeit und Nahrung, zugleich auch das Geld im Lande zuerhalten; denn sie ist ein silbern Hamen, damit man der Ausländer Geld und Volck fischen kan. Confirmat hoc incrementum Urbium vel solius Marchiæ Brandenburgicæ exemplum. In illa, ante ferale illud tricennarium bellum, ultra 4000. Textorum numerata fuisse, patet ex privilegio illo notabili, quod Johannes Sigismund. Elect. Brand. An. 1611. telarum lanearum textoribus Marchicis dedit apud Joh. Scheplitz *ad Consuetud. Marchic. Part. 4. tit. 6. §. 4. sequ.* Et in Marchia, sola *Stendalia*, urbs Veteris Marchiæ primaria, supra *sexcentos textores* in sinu suo fovisse memoratur. vid. Dn. Ursini *alleg. Diss. de Lana & Lanificio Cap. VI. n. 14.*

n.14. qui & bene judicat, quod longe numerosior hodie textorum copia tam ibi, quam in reliquis urbibus Germaniæ futura sit, si extranei a commercio Lanæ rudis Edicto publico arcerentur, debitaque executio pondus ei adderet, alias enim ejusmodi Edicta fiunt campana sine pistillo, uti Practici solent loqui de sententia judiciali, quam executio non concomitatur.

§. XIX. Quomodo vero hoc necessarium Urbium Germanicarum incrementum promoveatur; de eo placet quædam testimonia virorum de damno Patriæ sollicitorum adducere. Primo loco legi hac de re meretur sæpius jam laudatus Aut. der Fürstl. Schatz-Cammer *cap. 91.* qui, postquam adduxerat Anglorum sollicitudinem in prohibendo, ne rudes materiæ, (Wolle, Wollen Garn, Leim-Erd, Füll-Erd) priusquam præparatæ essent in ipsorum Insula & urbibus, exteris venderentur, vi Edicti Caroli II. An. 1661. tandem subjicit: Allein wir Teutschen sind in dieser Sache so blind und nachläßig, denn man gehe nur nach Leipzig auf die Messe, und sehe allda wie viel tausend Steine Schur-Wolle, welche dort in Meissen fällt (haud dubie etiam ex vicinis Regionibus asportatur) auch andere grobe Wolle, daselbst aufgeladen und von den Schweitzern nach Schweitzerland, oder auch zu den Frantzosen geführet, dahingegen von ihnen andere daraus fabricirte Waaren wieder nach Leipzig zu verkauffen gebracht werden ꝛc. Damnum inde proveniens intuitu Reipublicæ Germanicæ pluribus & palpabilibus rationibus ob oculos ponit Aut. der itzt florirenden Kauffmannschaft in Teutschland *Cap. IX. seqq.* quarum nervus consistit in sequentibus *Cap. X. p. 57.* verbis: hätte man vorlängst der Teutschen Einfalt und ungereimten Handel zu ihrem eigenen Schaden angemercket, daß sie ihre Wolle denen fremden Manufacturirern überlassen, hernach-

mahls

mahls von denenselben ihre Tücher, Zeuge und andere, theuer kauffen und bezahlen müssen, unter dem Vorwand, als wenn selbige Frantzösisch-Holländisch-oder Engelländische Waaren seyn, da sie doch aus unser Teutschen Wolle zubereitet worden seynd, wodurch denen Inwohnern Teutschlandes abermahl gleichsam ein nachtheiliges Oberbein gemachet, und ihnen der profit dißfalls weggefischet worden. Idem conqueritur Becherus *alleg. lib. passim.*

§. XX. Nullum itaque huic malo remedium, quam ut numerus textorum in civitatibus augeatur, exportatio rudis lanæ ſevere prohibeatur, Fiſcique præfecti huic rei contra Judæos, utplurimum ejusmodi res exportantes, licet adſint pœnalia mandata, acriter invigilare jubeantur. Quo vero exterorum panni rarius compareant in Germania, vectigalium gravitate efficiendum eſt, quo ſcilicet inepta plerorumque æſtimatio & oriens amor erga exterorum merces freno illo nimiorum ſumptuum & pretii per conſequens propterea aucti, compeſcantur. Nec obſtat, quod Principes in hoc non ſint conſenſuri, quia hoc modo reditus ex Acciſia aliaque vectigalia diminuerentur, ſi ſcilicet peregrinæ merces in Germaniam rarius adveherentur. Nam quicquid hic decreſcit ratione vectigalium pro pannis extraneis; illud proportione dupli & tripli accreſcit vectigalium copiæ ex ſuſtentatione tot opificum in urbibus propriis eorumque conſumptione neceſſaria. Ponamus enim, quod peregrinus pannus pro 10000. thaleris in Civitates quotannis invehatur. Ponamus, quod pro hiſce mercibus 400. vel 500. thaleri, Acciſiæ ſolvantur. Loco hujus lucelli, urbes illæ, decem mille thaleros amittunt dum ad exteros mittunt, ſi vero pro eadem ſumma pannus in propriis urbibus præparetur ex domeſtica lana, vel etiam extranea rudi invecta, quot

centum

centum homines putas iis occupatos fore, quorum victus & amictus triplum augmenti ærario per Accisiam esset illaturus. conf. A. der florirenden Kaufmannschaft in Teutschl. *p.60.*

§. XXI. In illis vero regionibus, ubi aut lana deficit, aut non tantæ bonitatis uti in vicinis deprehenditur, cura adhibenda est circa rem pecuariam & in specie oves. conf. Exc. Dn. Jo. Sam. Strykii *Diss. de Jure Cratium Cap. 1.* Atque huc collinere videtur Aut. der Fürstl. Macht-Kunst *p. 79.* Engelland und Spanien haben das Monopolium an der Wolle, welches Teutschland so wol und besser fast als sie haben könte, wenn vor die Schaaf-Viehzucht besser gesorget, und ihre edle Früchte die Wolle ehe sie aus dem Lande ginge, verarbeitet würde. Et memorabile est, quod introductione aliarum ovium ex terris fertilioribus, lanæ bonitas crescere possit. So sehen wir auch, inquit. A. der Fürstl. Rent-Cammer *p.304.* daß die Wolle im Lande durch Einbringung guter Zucht von Schaafen, in allewege verbessert werden kan, wie solches der letzt verstorbene Ertz-Bischoff in Ungarn, mit unterschiedlichen Art Schaafen, welche er hie und daher bringen lassen, versuchet, und glücklichen Succeß befunden hat. Nullum est dubium, si in aliis terris talia experimenta susciperentur, sæpius eventum felicem subsecuturum esse. Nam etiam ad divitias acquirendas multum conducit, pecuniam in loco negligere, ac aliquid aleæ committere, non exclusa tamen vigilantia, promptitudine & peritia negotiorum.

§. XXII. Par ratio, ut speciali recensione omnium materiarum domesticarum ad opificia idonearum, non nimis prolixi simus, rerum reliquarum, quæ in Germania ingenti copia producuntur, & unde cum emolumento suo maximo, si rudis materia per opificia ad ultimam perfectionem deducatur, exteris providere potest. De lana jam vidimus. *Linum* tanta copia crescit ibi, ut Germania hac in re omnes Pro-

vincias superet. Flachs ist, inquit Aut. der Fürstl. Rent-u. Schatz-Cammer *p. 144.* so zu sagen eine Stapel-Waare von Teutschland, denn die gantze Welt nicht den zehnden Theil von Flachs aufbringen kan, als Teutschland allein produciret. Nec exiguum inde percepere lucrum Germani, maxime cum Galli, nondum invenerant artem conficiendi lintea, quæ apud nos vocantur Nesseltuch, & ex urticis præparatur. conf. florirende Kaufmannschaft in Teutschland *p. 70.* Interim tamen certum est, quod opificiis ex lino linteisque urbes nostræ augeri possint, multique hisce commerciis versus Hispaniam, Italiam, Sueciam, Daniam, olim ad summas divitias pervenerint. Sic Fuggeri Comites textrinis linteisque incrementa sua debent, utpote quorum autor ruricola Augustæ Vindelicorum per textrinam & lanificium tot opes corrasisse memoratur, ut Carolus V. Regi Galliarum Parisienses Aurifabros eorumque pretiosa opera prædicanti responderit: Es wäre zu Augspurg ein Weber, der könte das alles mit baaren Gelde bezahlen. Gryphiander. *in Oeconom. Leg. Lib. 1. c. 23 n. 19.*

§. XXIII. Nec desunt Germaniæ colores variis generis, quibus in tingendis pannis uti possit, indeque numerus opificum in Urbibus nostris augeri. Audiamus de hisce dotibus terrarum nostrarum Autor. der Fürstl. Macht-Kunst *p. 445.* Alle Arten von Farbe-Zeug hat Teutschland überflüssig, als Erln und Eichen, benebst dem Vitriol zum schwartzfärben. Den kostbahren und herrlichen Weid zur blauen Farb, allerley Gilb-Kräuter, Scharte und Blumen, nebst dem Gilbholtz zum gelben. Die Rothe und Crapp zur rothen Farb. Welches denn die 4. Grund-Farben seynd, woraus alle andere entspringen. Add. Aut. der Fürstl. Macht-Kunst *p. 119.* Daß an statt der Cocchenil zur Purpur-Farbe und Scharlach, man sich des *Amaranthi maximi Indici* bedienen könte, welches die Jesuiten zu Kraupen in Böhmen erst angebauet. Conqueri-

tur

tur vero quod a Germanis hæ res exteris relinquantur: Isatis, Servatula und Rubia wird uns aus Teutschland heimlich entführet, und grosser Handel damit getrieben, sie werden eigen präpariret, gekochet und zu Ballen formiret. Reliquas materias domesticas, ex quarum præparatione urbes nostræ augmenta capiunt, Puffendorffius *Introd. hist. Cap. VIII. §. 19.* ita contrahit: Die Waaren so Teutschland ausgiebt, sind Eysen, u. allerhand daraus gemachte Instrumenten, Bley, Quecksilber, Getreid, Wein, Bier, Wolle, Lacken und dergleichen. Porro quæ sint dotes naturales Provinciarum quæ Electoribus secul. Imperii subsunt, peculiaribus capitibus exponit Cl. Ludov. Petr. Giovanni *in Germania Principe*, add. Becherus *in laud. Tr.* von Aufnahme Teutscher Städte.

§. XXIV. De omnibus vero hisce materiis ad opificia idoneis, illa regula perpetua est, quod *non permittendum sit, ut rudis materia ab exteris ex Provinciis nostris avehi possit; sed prius ad ultimum perfectionis & usus humani gradum deducatur in urbibus nostris, posteaque subjiciatur hastæ publicæque auctioni.* Secunda regula est: *Provincia in qua* importanda *magna copia numeroque superant* exportanda, *opum suarum necessarium decrementum patitur.* Animadvertebat hoc prudens Rex Galliarum. Nam cum aliquot ab hinc annis bellum cum Anglis gesturus mutuum commercium tollere simul decreverat, mutabat consilium edoctus, quod merces Anglorum in Galliam transportatæ quotannis summam 5. *million. thalerorum* non excederent; contra vero merces Gallorum quibus Angli uterentur, superarent *tredecim milliones thalerorum*, sicque Galli ab Anglis lucrentur 8. *million.* Quæ & citra dubium causa, quod in præsenti Bello Angli Batavos ad abrumpendum omne commercium cum Gallis, ipsorum exemplo, incitaverint. Tertia denique regula est: *quod illa Provincia necessario stupendis opibus abundet, in qua*

opificia & commercia in florentissimo gradu sunt, incolæ vero partem minimam suæ commoditati ac luxui impendunt. Hoc in Hollandia potissimum conspicitur, in qua omnis generis commerciorum & opificiorum summa & stupenda copia, quam elegantibus versibus descripsit Josephus Scaliger ad Janum Dousam, qui legi possunt apud Dn. Becmann. *Hist. Orb. terr. Geogr. & Civ. Cap. VI. Sect. I. p. 122.* & tamen paucissima sunt, quæ ab indigenis ibi consumuntur, maxime ex rarioribus & delicatioribus mercibus, quæ in extraneæ pecuniæ gratiam ibi conservantur. Frugalitem ipsorum *les Delices de la Hollande, p. 39.* ita exprimunt: *Ils sont les maitres absolus des Epiceries des Indes & de Soyes de Perse, & cependant ils ne s' habillent, que de laine & ne se nourrissent, que de poisson & de racines. Qui plus est, ils debitent en France* (utinam etiam non in tam magna copia in Germaniam) *les plus fins draps qui se fassent en leur pays, & font venir d' Angleterre les plus grois pour leur usage &c.*

§. XXV. Quodsi itaque rite ad incrementa urbium nostrarum, & sic totius Germaniæ salutem, attemperentur dotes, quas ad sustentationem Germaniæ solo largita est benefica natura; posset Germania opificiis, artibus mechanicis, opibus abundare, si vel modica aut nulla cura gereretur, ut ex aliis oris in eam adveherentur materiæ, quas Germania non gignit, quæque intra gremium suum ad perfectionis limam perducerentur. Peregrinæ vero hæ materiæ quatenus hoc modo civitatum nostrarum statum prosperiorem efficere valent, paucis nunc considerandum erit *vid. supra §. 15.*

§. XXVI. Nimirum si opificia in urbibus nostris ad culmen aliquod perfectionis promovere animus est, omnino non subsistendum est in præparatione materiarum domesticarum per artes mechanicas; sed quia non omnis fert omnia tellus; eo dirigenda cura est, ut prudentia œconomia illæ

res

res in terris nostris propagentur. Hujus industriæ specimen Galli ediderunt sub Henrico IV. primum, & Angli demum 1670. dum antea ignotum ipsis artificium serum præparandi bombycesque alendi introduxerunt, tam felici successu, ut Gallorum fere aureum hamum hoc possis dicere, quo exterorum pecuniem capiunt; in Anglia vero Londini 14000. homines vitam sustentant ex opificio seri. In seinen Manufactur Buch fand Franckreich 1603. und Engelland noch Anno 1670. und zwar Londen, noch keine Seiden-Manufactur; Es introducirte sie aber bald; verba sunt Autoris der Fürstl. Macht-Kunst *p. 112.* qui & existimat, quod nec Germaniæ hæc aurifodina deesse possit, si velit. Eadem opinio Monzambani *de Stat. Imp. c. 7. §. 2.* est, suadentis Germanis modum serici tractandi ab Italis Gallisque addiscere, cum Bombycibus pabulum suum, scilicet mori folia, tractus ad Rhenum uberrime suppeditare possit. Puto tamen, quod & aliæ regiones mori in copia producendæ feraces satis extituræ sint. Interim tamen obstacula injicit Kulpisius *in not. ad h. l.* referendo, quod cum Serenissimus quidam Elector superiori tempore in sua ditione, experimentum hujus rei cogitaverit, præter impedimenta alia id quoque fuerit, quod cæli genius non videbatur fovere, nec æstates satis longe apparerent. Ast probabilius existimat Dn. Thomasius *in not. ad h. l.* quod hisce inanibus prætextibus bona Principis intentio elusa fuerit. Certe ad contraria de Bombycibus experimenta provocat Aut. der Fürstl. Macht-Kunst *l. c.* scilicet commodam sustentationem Bombycum Hanoveræ a fœmina quadam susceptam fuisse.

§. XXVII. Interim tamen si regionis situs, clima, aliæque circumstantiæ non permittant felicem successum sperare de propagatione peregrinarum mercium; & nihilominus omnis generis artes excolere animus est, aliunde rudis mate-

ria in urbes nostras advehenda est. Siquidem verissimum effatum est illud Becheri *alleg. tr. p. 3. c. 1. axion 4. p. 261.* Es ist einem Lande allezeit verträglicher, rohe als verarbeitete Waaren vor dasselbige einzukauffen, denn also werden die Handwercker erhalten, dahingegen rohe aus dem Lande geführte Waare, ein Zeichen des Untergangs der Handwercker ist. Interim fateor, quod illæ civitates in Germania quæ mari non alluuntur, aut ad flumen navigabile sitæ non adeo aptæ ad hoc sint, difficiliusque procedat, cum curru advehere sumptuosum sit, & interdum utilitas labori non respondeat. Tractus vero Germaniæ sat longus, prope Mare Balthicum, commodior peregrinis materiis importandis, suasque merces exportandis est, hincque Principes illarum Urbium, præ omnibus aliis, opificiorum abundantiæ in urbibus suis studeant, nam ex hisce oritur postea commoditas locorum maritimorum exteros quasi invitet. Hinc merito judicat Dn. A der Fürstl. Macht-Kunst *p. 66.* Es ist in Teutschland kein bequemer Ort zur Trafique, als das edle Land Braunschweig, Lüneburg, auch Hertzogthum Magdeburg und Halberstadt, samt angräntzender Marck Brandenburg, Pommern und Preussen, rc.

§ XXVIII. Atque hic alter punctus Principalis est, ingens subsidium ad augendas Civitates easque locupletandas conferens, nimirum *florens Commerciorum cursus*, conf. *supra §. 9. inf.* Quibus autem remediis commercia stabiliri augerique in Civitatibus possint; paucis nunc dispicere examinareque instituti nostri ratio efflagitat. Curam & induriam ad negotia stabilienda requiri, facile constat. Sed quis proprie curam illam gerere debet, apud omnes non convenit. Sine Directorio tam late patentia negotia subsistere non posse, æque certum est. Ubi optimum videtur, peculiare Collegium mercatorium (Commercien-Rath) fundare, ejusque

fidei

fidei ac dexteritati totum committere negotium. Idonea vero membra merito requirit Aut. der Fürstl. Schatz-und Rent-Cammer *p.95.* taxans Viennense Collegium Mercatorium ex ejusmodi compositum, qui aliis gravibus negotiis obruti, quique vix unica vice deliberationes collegiales integro biennio instituerint. Non minima itaque difficultas circa hoc institutum semet exerit, unde ejusmodi idonea membra petenda sint. Verum & hoc obstaculum removeri poterit, si viri negotiorum periti ex Belgio aliisque locis evocentur præmiis, ac nostrates ad negotiorum commerciorum arcana exploranda excitentur. Ad quem finem multum conducere posset consilium quod suppeditat Dn. A. der Fürstl. Macht-Kunst *p.931.* his verbis: Wenn junge Leute in Italien, Franckreich, Engelland und Holland reiseten, solte man ihnen Recommendationes und Instructiones mitgeben. Wo sie solche Arcana (des Handels und Wandels) womit jene gar heimlich seyn, ausspioniren, zusammen colligiren, und was sie ausgekundschaffet, monatlich einschicken müsten: und wenn sie wieder kommen, ohne Unterscheid des Geschlechts, adelich oder unadelich, nachdem einer viel eingeschicket, und sich zu diesem Commercien-Wesen qualificiret gemacht hätte, in diesem Manufactur und Commercien-Collegio, deren Franckreich noch im verwichenen 1700. Jahre zwey neue gestiftet, befördern, stattliche Land-und Schatz-Räthe daraus machen. Sane meliori cum fructu, hac intentione Germani adirent Galliam, quam ut ibi tuburbinari tantum, gradusque venereæ scabiei, ex propriis ut plurimum experimentis, recensere discant, ceu verissime judicat de plerisque peregrinatoribus Monzambano *de Stat. Imp. c. 7. §. 3.*

§. XXIX. Præterea ubi commercia vigere debent in urbibus, ibi coactio & violentia omnis abesse debet. Hinc Emporia & castella magnaque præsidia militum raro in suavi harmonia consistunt, conf. Dn. a Puffendorff. *Intr. Hist. Cap. VI.*

VI. §. 21. Multum etiam conducit, variis propositis immunitatibus ac privilegiis Mercatores in urbes nostras allicere, ac beneficiis quasi attrahere. Sic non inepte primam originem commerciorum in Flandricis civitatibus Autor. der Fürstl. Schatz-Kammer *p. 412.* ab immunitatibus mercimoniorum importandorum & exportandorum a vectigalibus, arcessit, qui & *ibidem Cap. 85.* Privilegia lauta & opima ab Eduardo I. Mercatoribus in Anglia negotiantibus data recenset. Dux Florentiæ Portum Liburnum (Livorno) maxime commerciis celebrem reddidit propter insignia privilegia Civitati huic tributa, quorum primaria capita sunt, quod (1) ibi Asylum & tutum suffugium omnium sceleribus suis alias pœnis capitalibus obnoxiorum constituerit. (2) Libertatem conscientiæ ac credendi indulserit plenissimam (3) Mercatores in accessu & abitu una cum bonis liberi a vectigalibus pronunciantur. (4) Novis Incolis per VII. annos habitatio concessa gratis est. Circa quæ privilegia tamen id observandum, quod primum ejusdem caput, vix salva conscientia a Christiano Principe, magis diligente Deum quam lucrum temporale, permitti possit. Multo minus posset, in favorem Mercatorum, introduci mos Peguensium in India, peregrinis Mercatoribus, mox ab ingressu urbis peculiarem concubinam assignantium, de qua consuetudine vid. *cit. A. l. c.* Quod si vero commercia semel in Civitates nostras introducta sint, vectigalia pedetentim augeri possunt. Magna tamen cautio adhibenda, maxime si apud vicinos æque commode exteri merces suas vendere possint, quod illustrat Autor. der Fürstl. Schatz-Cammer exemplo Gedanensium, qui impositione novorum vectigalium amiserunt stapulam mericum Anglicanarum *p. 342.*

§. XXX. Interim tamen ut populosæ fiant urbes, jus Civitatis exteris urbes nostras incolere cupientibus parca ma-

nu

nu non est concedendum. Laudat hinc merito Cicero in *defensione Balbi* Romuli institutum, quod fœdere Sabino docuerit, etiam hostibus recipiendis augeri hanc civitatem oportere. E contrario Scriptores Romani non improbabiliter causam brevioris Imperii Spartanorum & Atheniensium annotant, quod raro peregrinis jus Civitatis concederent. add. Puffendorffi Einleit. zur Histor. der Staaten in Europa *Cap. I. §. 12.* Imo cum ad commercia non opus sit, aliquem civem esse perpetuoque ibi commorari, illi qui ad tempus etiam in urbibus nostris degunt, subditique temporarii sunt, parificandi sunt intuitu privilegiorum subditis & indigenis. Prudenter hoc observavit Gallia, dum omnibus incolis Anseaticarum Civitatum in Gallia degentibus, intuitu bonorum suorum, libertatem promisit, ac si *naturales subditi ac ex regno illo oriundi essent* ceu verba privilegii adducti a Marquardo *Tr. de Jure Mercatorum in Append. lit. A.* sonant. Huc collimat etiam privilegium Daniæ Regis Christiani IV. Belgis datum apud eundem. Notabile vero inprimis est privilegium, Persis datum a Belgis fœderatis *1631. 7. Febr.* cujus verba *§.* 2. ita concepta sunt: Daß die Persianische Nation in diesen Niederländischen Provincien und Städten geniessen soll alle solche Freyheit und Gerechtigkeiten, als die Eingesessene dieser Lande gebrauchen und geniessen, ja auch wie die vornehmsten dieser Orten so grosse Chargen und Officien bekleiden, so fern sie sich der Handlung und Commercien gebrauchen.

§. XXXI. Postquam vero hodie Europa, intuitu cultus divini & professionis religionis, in varias Sectas divisa est; sicque non possit non contingere, ut multis hominibus ex variis terris mercaturæ gratia confluentibus, iis diversi & sæpius inter se pugnantes conceptus de cultu rebusque divinis semet insinuarint; indeque diversitas externi cultus ceremoniarumque dependeat, mordicusque defendatur; Princeps per mercaturam urbes suas locupletare cupiens, plenam

libertatem religionis & conscientiæ cuicunque Sectæ deditis concedere necesse habebit. Sine hoc enim libero religionis exercitio indulto nunquam ad optatum finem perveniet. Quod animadvertens Magnus Dux Toscaniæ, in ipsa Italia sub spe, libertatem conscientiæ & exercitii religionis permittendi, extraneos Mercatores in portum suum (Livorno) allicere nullus dubitavit, licet alias Catholici Principes ex principiis Anti-Christianismi difficiles semet præbere soleant in hac libertate subditis concedenda. conf. *ʃʃ. præc. 29.* Idem prudenter observavit hodiernus Moscoviæ Rex sive *Zaar*, qui in Edicto concernente emendationem militiæ suæ de *A. 1702. 16. April.* notabilibus hisce verbis utitur: Und wie auch bereits allhier in unser Residentz das freye Exercitium Religionis aller anderen, ob wol mit unserer Kirchen nicht übereinstimmenden Christlichen Secten eingeführet ist; so soll auch solches hiemit von neuen bestätiget seyn, solcher Gestalt, daß wir bey der uns von dem Allerhöchsten verliehenen Gewalt, uns keines Zwanges über die Gewissen der Menschen, anmassen, und gerne zulassen, daß ein jeder Christ, auf seine eigene Verantwortung sich die Sorge seiner Seligkeit lasse angelegen seyn. Coactionem omnem in religione esse illicitam, patet ex regulis juris Naturalis & divini. Commercia vero ejusmodi violentia plane destruit. Insita enim est altissime mentibus mortalium, (paucis Atheis exceptis) vis religionis & principiorum circa cultum divinum cum quibus adolevimus. Itaque alios velle cogere ad nostras formulas conceptusque de rebus supernaturalibus, irrationale est impiumque, nec ad hoc ullo jure obstringitur Magistratus supremus. Propterea non citra causas illi, qui incrementis urbium student, commendant mutuam tolerantiam diversarum Sectarum. Sæpius allegatus Aut. der Fürstl. Macht-Kunst *p. 73.* desuper mentem suam satis libere aperit dum inquit: Die Freyheit ist eins der fürnemsten Mitteln die Commercia zu fundiren: Freyheit in Acces,

im

im Bleiben, im Abziehen: Freyheit in der Religion, vor Juden, Türcken, Heyden, Quäckern, Männonisten und allerley Secten, wenn sie nur die Einheimischen in ihrer National-Religion nicht ärgern noch turbiren.

§. XXXII. Nec ineptum est judicium nonnullorum apud Puffendorffium, qui ex tolerantia omnium Sectarum multitudinem populi in Hollandia, & ex populositate commerciorum florem derivant. *Intr. Hist. Cap. VI. §. 21.* Florentissima enim hæc respublica suo exemplo clarissime evincit, inania esse præjudicia a Clero pontificio primum disseminata, quod ex varietate religionum turbæ & incommoda in rempubl. redundent. Nam turbæ oriuntur non ex libero exercitio, sed si una pars alteram velit ad suam fidem formulariam violento modo adigere. Audiamus Puffendorffium *loc. cit.* man siehet in Holland nicht, daß ein Bürger den andern, wegen Unterscheid der Religion hasset oder verfolget. Und haben einige gesagt: Es thäte die Religion in andern Ländern wohl mehr gutes, aber in Holland thäte sie am wenigsten schaden. Ipsi illi Anabaptistæ ac Quackeri encomium ab Hubero in Historia Civili reportant, quod *non mali sint subditi;* sicque & suo exemplo falsitatem communis opinionis, ac si Anabaptistæ nulli magistrati subjecti esse vellent, demonstrant. add. *Les Delices de la Hollande, Chapitr. 25.* & celeb. Dn. Buddei *Dissert. de Concordia Relig. & Polit.*

§. XXXIII. Quando vero modo allegatus Anonymus, commerciorum promovendorum ergo, libertatem conscientiæ & religionis etiam Ethnicis ac aliis infidelibus relinquendam esse, arbitratur, in eo praxin nonnullorum locorum adstipulantem habet. De *Judæis* res manifesta est. Hisce enim admissis, illa quæ ad religionem eorum faciunt, simul concedenda sunt. Plenissime hac in re ipsis prospectum Privilegio Christiani IV. in Dania, vi cujus Synagogas extruere, ritus suos observare, libros Hebraicos, Cabalisticos,

Talmudicos libere secum portare, peculiaremque Typographiam adornare ipsis conceditur. Reliquis infidelibus & Ethnicis commerciorum causa commorantibus Batavi cultum suum illibatum relinquunt peculiari constitutione, apud Marquard. *in Append. l.c.* cujus summa in hoc consistit: Der Persianischen Nation soll auch in ihren Häusern und Residentien das freye Exercitium ihrer Religion und Ceremonien zugestanden seyn, selbiges ohn einige molestie und Behindrung daselbst zu gebrauchen etc. Assignarunt porro iis peculiare Cæmiterium, stipulatique sunt, quod ille qui relicto Mahomedismo christianam religionem amplexus esset, propterea ab obligationibus & actionibus conterraneorum suorum nullatenus immunis pronunciandus sit. A quo privilegio non dissimile est, quod Christianus IV. concessit Judæis ex Portugallia oriundis, ubi promisit, daß der sich von ihnen zum Christenthum begeben wolte, solte 15. Jahr und nicht minder alt seyn, auch nicht also bald angenommen werden, aus bedencklichen Ursachen, daß ein solcher Ubergang aus Zorn und Eyffer geschehen seyn möchte etc.

§. XXXIV. Nec leve obstaculum commerciis Germanicis afferunt ambages Processuum & incertitudo victoriæ, si lites sint ortæ. Fundamentum commerciorum enim fides est & candor. Hisce remotis quilibet, qui possidet summam pecuniæ paratæ, illam alteri mutuo dare declinat, aut si mutuo det, pro magnis hoc fit usuris, ob periculi metum. Atque fatendum est, ambages Processuum nostrorum ad negotia mercatorum eorumque lites non esse aptas. Hinc consultum est, ut Judices jubeantur lites mercatorum, sine strepitu ordinarii processus componere, paratamque executionem adjicere. conf. Lauterbachii *Diss. de Jure Mercator.* Atque hoc innuere volunt DD. quando concludunt, quod in causis mercatorum ex æquo & bono, non inspectis juris apicibus, judi-

judicandum ſit. Baldus *Vol. 1. Conſ. 198. n. 5.* Gail. *2. obſ. 20. n. 5.* neglectis ſcilicet ſolennitatibus & ſubtilitatibus Judiciorum alias ordinariis. Benev. Stracch. *in tr. Quomodo in cauſis mercat. procedatur. ſ. ſequitur ut de except. n. 15. ſeq.* Sunt enim Judicia ſummaria, in quibus proceditur non ſervato juris ordine. Maranta *in aur. ſpec. Part. IV. diſt. 9.* Zanger. *de Except. lib. 1. cap. 2. n. 3.* Imo experientia teſtata eſt, quod inter mercatores bene procedatur, ſi lites eorum per arbitria mercatorum peritorum nec ulli parti addictorum decidantur, quæ *Parere* vocantur. Optandum eſſet, ut veterum Germanorum ſimplicitas in litigiis forenſibus, de qua Conringius peculiari Diſſertatione egit, floreret ubique & in omnibus Proceſſibus, Inprimis vero illa opus eſt in rebus Cambialibus & omnibus negotiis quæ commercia ſpectant. Valde commendat propterea Aut. der Fürſtl. Rent-Cammer *p. 277.* inſtitutum ElectorisSax Lipſiæ peculiare jus mercatorium introducentis, licet hoc cum practicorum cordolio eſſet ſuſceptum. In genere vero corruptelas Judiciorum gravi diſſertatione cagiſtat Dn. Holtermann. Prof. Marpurg. *de Vario Juris uſu & abuſu in Curiis & Cancellariis.*

§. XXXV. Poſtarum ſive curſuum publicorum accurata inſtitutio multum etiam conducit, dum ſine ſollicitis correſpondentiis raro notabilia commercia inſtitui poſſunt, vid. D. Keſtneri *Diſſ. de Jure Correſpondentiarum Cap. III ſ. 4.* Nam hæ aperiunt ipſis mercium exoticarum caritatem & vilitatem, mercesque transportandi occaſiones faciles. Hinc quod ſæpe negotiatores per breve temporis ſpatium magnas opes acquiſiverint, id fere potiſſimum diligentibus correſpondentiis adſcribendum venit. Equidem in Germania ante dimidium ſeculi Status regale jus poſtarum in ſuis territoriis inſtituendorum negligebant, nec ejus valorem uſumque rite ponderabant. Poſtqnam vero Fridericus Wilhelmus

Magnus, gloriosissimæ memoriæ, 1658. primus fere inter Status Imperii, currus publicos instituendos curaret, postea utilitate manifesta permoti vicini aliique Principes, hoc exemplum in suis ditionibus imitati sunt, ita ut hodie Mercatores nullam querendi causam fere habeant vel ratione pretii excessus, vel etiam quod ipsorum res non tuto perferantur. Sic sigillatim postas Circuli Saxoniæ inferioris laudat Autor. der Fürstl. Schatz-Cammer *p. 407.* cujus non æque benignum judicium de postis Imperialibus per partes Imperii nonnullas legitur. add. Marquard. *de Jur. Mercat. L. 1. c. 3. n. 23.*

§. XXXVI. Viarum securitas tum & commoditas merces transportandi non leve subsidium præbent. Atque inter alia Principem incrementis urbium suarum invigilantem huc curam suam impendere debere, pluribus persuadet *le Conseiller d'Estat Chap. 42.* qui non inepte judicat, quod ad commercia terrestria promovenda ceteris paribus commoditas viarum regiarum multum conducat; interim tamen regiones ac Provinciæ quarum ora mare attingunt, aut quæ fluminibus navigabilibus gaudent, intuitu commerciorum omnibus aliis terris præferendæ sunt. Utraque vero hac felicitate præ aliis commendari inter Germanicas merentur Provinciæ, quæ subsunt sceptro Serenissimi ac invictissimi Boruss. Regis. Aut enim illæ ora sua late patentia ad littora maris Balthici extendunt, uti Borussia & Pomerania; aut fluminibus naves onerarias ferre consuetis v. c. Albi & Odera, sunt instructæ. Equidem omnibus Prussicis regionibus adeo magnis fluminibus natura non prospexit, aut si prospexit, molibus tamen objectis libera navigatio impedita est. Ast provida cura indulgentissimorum Patrum Patriæ nullis pepercit sumptibus ad commercia in terris suis promovenda, eumque in finem navigandi meatum interclusum fluminibus restituendi. Testantur hoc tot Cataractæ stupendis & fere regiis sum-

ſumptibus in fluminibus Marchiæ jam ab An. 1650. auſpiciis Friderici Wilhelmi Magni extructæ. Nimirum in flumine *Havela* prope *Ratenaviam*, *Brandenburgum*, *Spandaviam*, *Arauſioburgum*, *Zedenicam*: In flumine Suevo, alias *Spree* prope Berolinum, Fürſtenwaldam, Beskoviam. Ut nihil dicam de Cataractis prope Lipſtadiam in flumine *Lippe*, ut & de Clivienſibus in ipſo Rheno. Imo ne deeſſet quid incomparabili Heroi ad immortalitatem famamque gloriæ nunquam intermorituram, felici connubio *Oderam Spreamque* conjunxit, ac ita Sileſiis viam aperuit, ſecundo flumine in mare Balthicum terrarum ſuarum merces transferendi, Pomeranorum vero & Hamburgenſium mercimonia mutua facilitandi, quod ad oculum patet ex ſpeciali mappa Geographica a Bleſendorfio, Mathematico Brandenburgico, æri inciſa.

§. XXXVII. Verum quod glorioſſimi hujus Principis cura in augenda publica per commercia felicitate in omnibus Provinciis perficere non potuit; illud effecit Filius Magno Parente major, qui præter alia egregia incrementa urbibus ſuis conciliata & hæc adjecit, ut Ducatui Magdeburgico proſpiceret commoda navigatione, & cum *Salam* fluvium ob multitudinem molendinorum navibus ferendis ineptam videret, per Cataractas ſumptibus immenſis in ſex locis extructas, aptam reddidit navibus ad Albim dimittendis, & inde commerciis cum Civitate Hamburgenſi aliisque illius fluminis accolis ſtabiliendis. Plura adduci poſſent de aliis Cataractis eadem magnificentia in aliis locis Marchiæ, Cliviæ aliarumque terrarum ædificatis, facilitandorum commerciorum gratia, niſi omnia plene eleganterque recenſuiſſet Excell. Dn. Jo. Sam. Strykius *Diſſ. de Jure Cataractarum Cap. 1. ſ. 28.* Inprimis vero elegans eſt inventio, qua in Arco Triumphali Berolinenſi, in quo picta apparebat, (ut verbis germanicis deſcriptionis harum ſolennit. *p. 44.* utar,) die von Jhro Königl. Maje-

Majestät allhier gebauete neue Schleuße aufm Friedrichs-werder nebst folgender Beyschrifft: *Mercatorum & opificum numerus amplificatus.* Nimirum hoc Emblemate indicabatur, quod navigatio in fluminibus promota multum conducat incrementis urbium, & quod mercatura non tantum Civitatibus utilis, ſed etiam honeſta, nec ſolum honeſta, verum etiam neceſſaria ſit, judice Bodino *Lib. 3. de Republ. c. 8.* Nec inepte Ulpianus *in L. 1. §. 20. ff. de Exercit. Act.* pronunciat, quod ad ſummam Reipublicæ pertineat navium exercitium. add. Benevenut. Straccha *tr. de Navibus Part. 1. n. 1.*

§. XXXVIII. Denique negotiorum curſui non modicum impedimentum afferunt monopolia, quæ quamvis paucis portam ad divitias cumulandas aperiant, tamen regionem multitudine incolarum ſpoliant, dum pauci monopolio gaudentes omne illud lucrum capiunt, quo plures, ſi labor diſtributus inter ipſos foret vitam ſuſtentare poſſent. *Conf. le Conſeiller d'Eſtat loc. cit.* Hinc prudentum legumlatorum cura ſemper eo collineavit, ut omnis generis monopolia, ſive emendi, vendendi, permutandi, ab uno vel paucis uſurpatum commercium tolleretur, conf. *L. un. Cod. de Monopol.* Scaccia *de Commerciis p. 3. §. 1. qu. 7. lin. 10. n. 12.* In Imperio vero noſtro renovatum illud eſt peculiari Receſſu de An. 1500. Von wucherlichen Contracten, Monopolien und Gewerben, & Rec. de An. 1512. Von Geſellſchafften und verkauffen, und daß der, die ſo fürkauffen, Hab und Güter der Obrigkeit verfallen seyn. add. Friſchius *tr. de Monopoliis cap. 6.* Beſold. *de Ærario cap. 3. n. 6.* In Capitulationibus noviſſimis Leopoldi *Art. 20.* & Joſephi *Art. 19.* Imperator privilegia ad Monopolia ſpectantia, tanquam toti Imperio damnoſa concedere alicui prohibetur, & ſi alicui antea conceſſa, utpote legibus Imperii contraria annullantur. Idem poſſet pluribus exponi de *Propolis*. Verum quia jam Becherus in curioſo Tract. lingua vernacula con-

conscripto von Aufnahme Teutscher Städte und Länder, pluribus id egit, Lectorem eo remittentes properamus ad

Caput III.

De Jure Principis circa Incrementa Urbium & Remotionem Obstaculorum.

Summaria.

Finis civitatum pax & abundantia præsidiorum vitæ, officium Principis ad hunc finem per Urbes inprimis obtinendum. §. 1. *Interesse Principis cum interesse subditorum connexum.* §. 2. *Principes & Status nostri cum summa potestate possident terras suas; hinc & utilitatem earum promovere obstricti perinde sunt.* §. 3. *Jus Principis circa proposita remedia augendi Urbes sistitur circa collegiorum opificum abrogationem, communi consilio in Comitiis faciendam.* §. 4. *Ob moras interim Comitialium deliberationum, nil ipsis obstat, si tribus propria autoritate eliminent,* §. 5. *aut si hæc altioris indaginis videantur, saltem Statuta opificum corrigenda sunt, ne multiplicationi artium & artificum tam manifeste obstent.* §. 6. *Ignorantiæ opificum potest occurri per gratuitam publ. informationem. Laudatur Academia artium & scientiarum Berolini erecta a nostro Rege.* §. 7. *Princeps autoritate sua præcavere debet, ne rudis materia opificiorum aliorsum transferatur.* §. 8. *Leges publ. Imp. venditionem lanæ extraneis factam prohibentes recensentur.* § 9. *Has specialibus Edictis vi superioritatis communire utile est, exemplo Electorum Brandenburg.* §. 10. *Principes nostri gaudent potestate exules recipiendi, ut commercia facilitentur. Laudatur pietas Friderici Wilhelmi & hod. Regis Borussiæ erga ejectos Gallos, Palatinos &c* § 11. *An promiscue cujusvis religionis homines recipere possint?* § 12. *Principes, ni pacta cum subditis aut Constatibus obstant, hoc possunt.* § 13. *Quod & ad ipsos infideles extenditur, Osiander notatur.* §. 14. *Vulgaris persuasio, quod Principes nostri, nullos præter trium religionum socios subditos pati debeant, eliditur, exempla in contrarium afferuntur.* §. 15. *Aliud tamen, si expressa cum subditis pacta adsint, quod alius religionis homines non sint tolerandi; hæc pacta tamen stricte intelligenda, quia cum salute publica vix consistunt.* §. 16. 17. *Princeps ad promovenda commercia etiam Judæos recipere potest* §. 18. *multorum, & etiam Lutheri odium erga Judæos non approbatur.* §. eod. *Abbreviatio Processuum mercatorialium, accuratio Processuum dependet a superioritate territ. Principum.* §. 19. *Monopolia Principum incrementis urbium damnosa restringenda sunt, conclusio.* §. 20.

§. I.

DUm itaque hactenus demonstravimus, quod finis Civitatum sive rerumpublicarum, qui in beatitudine Civili, sive tranquillitate & pace communi, & sufficientia bonorum ac præsidiorum vitæ consistit, insigniter promoveatur multitudine incolarum in urbibus, multitudo vero subsistentiam capiat ex opificiis ac mercatura; Eo ipso simul officium Principis, vel cujuslibet in Republica majestatem habentis, inde patet. Quid enim aliud Civitas est quam persona moralis composita, cujus voluntas ex plurium pactis implicita & unita pro voluntate omnium habetur, ut singulorum viribus & facultatibus, ad pacem & securitatem felicitatemque communem uti possit. vid. Puffendorff *de Jur. N. & Gent. Lib. VII. c. II. §. 13.* Itaque quando populus in Civitatem coit, & vel uni, quod fit in Monarchia, vel Optimatibus, uti in Aristocratia, summam rerum defert, illorum officium maxime in eo consistit, finem hunc Civitatum summa cura promovendi. Quod nisi fiat, frustra Salutis publicæ blando favorabilique titulo obvelantur negotia, cum potius privata utilitas hujus vel illius Ministri sub splendido hoc vocabulo vendatur orbi. Faciem hanc Aularum nonnullarum, sub descriptione Gallici regiminis Ludovici XIII. graviter delineasse videtur Autor *Vitæ Richelii tom. I. p. 319.* Postquam enim Cardinalis hujus strophas in absolute imperio Regi procurando adduxisset, adjicit: *Dés lons on commença a nommer* le bien de l'Etat, *non ce qui pouvoit contribuer a la felicité des trois Ordres du Royaume, mais ce qui pouvoit donner moyen au Roy, ou plutot aux Ministres, d'executer les projets, qu'ils se proposoient - - je demande encore, si apres quelques régnes de cette nature, la postérité a sujet de benir la mémoire de ceux qui ont jetté les fondemens de cette autorité infinie?*

§. II. Felix itaque est Respublica aut Regnum ad cujus gubernacula sedent tales Principes, qui populum non minus amant quam se ipsos, populique hoc est communem felicitatem cum propria conjungant, cum sub tali Principe servire, fere regnare sit. Non hi ullo jure tyrannidis aut crudelitatis incusari possunt, si obstacula &

privi-

privilegia, quæ incipiunt lædere communem ſalutem intereſſeque publicum, tollant. Nam generalis illa promiſſio de procuranda communi felicitate Civitatum, quæ prima lex fundamentalis eſt inter imperantes & parentes, & cui reſpondere debet obſequium ſubditorum in voluntate Principis ad hunc finem tendente exequenda; præponderat & præferenda eſt omnibus reliquis literis reverſalibus, promiſſionibus, privilegiis. vid. *Diſſ. ſub præſidio* illuſtr. Dn. Strykii *habita de Jure Principis circa Rationes Civit. Cap. II. n. 45.* ubi pluribus comprobatum eſt, quod privilegia, ſi incipiant lædere ſalutem publicam, revocari poſſint; conf. Dn. Præſ. *Diſſert. de Appellatione Reſcripto Principis remota Cap. II. §. 5. ſeqq.*

§. III. Quodſi vero nunc intuemur Principes & Status Imperii noſtri, expendamusque quid officium eorum circa ſalutem provinciarum ſuarum ſit, par deciſio formanda eſt. Poſſident terras ſuas, non beneficio Imperatoris, ſed jure proprio hæreditarioque, provinciisque ſuis ſuperioritate territoriali, h. e. poteſtate a majeſtate duntaxat nomine differente, præſunt. conf. Dn. Præſid. *Diſſ. de Fœderibus Princip. cum Exteris §. 1. ſeqq.* ut adeo, ſi modo velint, nulla poteſtate prohibeantur, ſalutem ſubditorum ſuorum per incrementa urbium, mediantibus opificiis ac fabricis tum & commerciis, promovere. Hinc & illis cogitandum ac perpendendum eſt, quod directione divina Patres Patriæ conſtituti ſint, ſicque neglecti ſui officii, neglectæque ſalutis populorum ſuorum temporalis rationes illi reddere obſtricti ſint, cujus gratia ſe imperare publice profitentur, cujusque vicarii in his terris audire geſtiunt. conf. B. Dn. a Seckendorff. im Christen-Staat *Lib. II. Cap. 18. §. 6.* Ubi maxime de eo conqueritur, quod Principes nonnulli adeo parci ſint in ſuppeditandis ſumptibus utilia conſilia incrementa regionum ſpectantia in actum deducendi, cum tamen ob alias impenſas voluptuarias nulli pecuniæ parcatur. Signum item deficientis chriſtianiſmi exiſtimat, quod adeo rari ſint homines, qui pecuniam a Principibus eum in finem concreditam, fideliter adminiſtrant, dum proprium intereſſe quærunt.

§. IV. Non tamen cum omnibus Principibus ita comparatum eſt, quin potius eorum nonnulli ipſo opere comprobant, nil ipſis magis curæ cordique eſſe, quam promotionem ſalutis publicæ & huc pertinentium incrementorum civitatum ſuarum. Quo jure vero illa remedia quæ Capite II. propoſuimus, in actum deduci, obſtacula vero removeri poſſint a Principibus noſtris, paulo penitius nunc perpendendum venit. De primo itaque remedio omnis generis artifices in terras ſuas propoſitis præmiis alliciendi, hancque curam Collegio quod commerciorum incremento deſtinatum eſt demandandi, de illo nemo cui mens ſana in corpore ſano dubitare poterit. Verum quod Princeps tribus opificum multiplicationi fabricarum obſtantes abrogare poſſit, haud pauci in dubium vocant. Objiciunt enim, tribuum obſervationem per totam quam late patet Germaniam diſpergi, illasque propterea non poſſe abrogari, niſi conſenſu totius Corporis Imperii; alias enim inſignes confuſiones orituras eſſe in ditionibus Principum, nec famulos aut diſcipulos in ejusmodi Provincia, ubi collegia opificum ſunt ſublata, artem edoctos, recepturos eſſe alios opifices extraneos, werden auſſerhalb keinen Geſellen, ſo allda aus der Lehre geſprochen; unter ſich arbeiten laſſen. Atque hæc capitalis eſt objectio, quæ a Patronis tribuum adducitur, hocque myſterium iniquitatis fulcitur. Verum ad hoc Achilleum dubium elidendum non paucæ ſuppetunt reſponſiones. Primum enim ipſi illi concedunt, quod in Comitiis univerſali conſenſu huic hydræ caput amputari poſſit. Itaque ſuadendum Principibus, ut, quemadmodum ante dimidium ſeculi barbaricum Academiarum inſtitutum, quod *pennalismus* vocabatur, proſcripſerunt, & noviſſime, *Cancellarii reformationem*, ante hac impoſſibilem creditam, paucis menſibus perfecerunt; eadem promptitudine etiam hæcce obſtacula incrementorum urbium ſuarum, ſcilicet tribus earumque ſtatuta publico damnoſa eliminent ac abrogent. Nam privilegia & ſtatuta opificum eatenus tantum valent, quatenus Reipubl. ſunt innoxia; Ubi ad noxam Civitatum vergunt amplius non attenduntur, ſed caſſantur & revocantur, *C. ſuggeſtum X. de Decim. ibi Felinus*

linus & Dec. n.14. Roll. a Vall. *Vol. 1. Conf. 1. n. 162.* Quia utut generaliter concessa, non comprehendunt casum utilitati communi contrarium. Bald. in *L. Jubemus 1. C. de SS. Eccl.* allegati in terminis a Mevio. *P. V. Decis. 231. n. 1.*

§. V. Quod si vero commune conclusum Imperii de hac re sperare præsenti statu rerum Imperii, ubi bellum curas alio avertit, non liceat, quid Principi obstabit ex plenitudine potestatis & suprema cura salutis urbium suarum tribus opificum abrogare. Post Bellum Schmalcaldicum in multis Imperii nostri Civitatibus id factum fuisse, testatur Christ. Besoldus *Diss. Jurisd. Polit. de Collegiis 3. c. 1. n. 13.* Nec obstat, quod illa Collegia opificum sint semel gravibus ex causis introducta. Nam hoc non negamus, quod pro statu temporum istorum, in quæ initia tribuum incidunt, utiliter introduci potuerint. Hodie vero ob manifestum abusum eorum, & quia incrementis Civitatum obstant, a Principe iterum possunt restringi aut plane tolli. Nam propter abusum perit jus Collegii *L. fin. ff. de Colleg. & Corp.* Quam insignis vero abusus circa exagitationis opificum das Auftreiben committatur, Mevius *peculiari Decis. 84. Part. 7.* fusius persequitur. Porisma vero illud, quod hac ratione (1) nostrorum opificum famuli & discipuli apud extraneos Magistros non essent admissionem impetraturi; nec (2) extranei ad nos accessuri sint; placet verbis Germanicis in hisce rebus versatissimi Aut. der Fürstl. Macht-Kunst *p. 96.* refutare. Allein das 1ste belangend daran ist nichts gelegen. Sie bleiben fein zu Hause. Man hat sie deßwegen nicht lernen lassen, daß sie in die Fremde ziehen, arbeiten, wol gar aus- oder daselbst bleiben, sondern daß sie dem Vaterlande dienen sollen. Daß 2te ist nicht zu besorgen; denn wenn die fremde Handwercks-Pursche eine bessere Lebens-Art, ein freyes unbeschränckes Handwercks-wesen (wie in Engelland, Holland, Franckreich) eine leichte Methode Meister zu werden, zum stück Brod, Weib und Kinder zu ernehren zug elangen sehen, so werden sie bald ihre schwere und thörichte Articuls-Brieffe abandoniren, ihr Vaterland quitiren, und der Meister samt Jungen und Gesellen zu uns übertreten ꝛc.

§. VI. Adminimum tamen Principis est, statuta collegiorum opifi-

cum publicæ utilitati adeo directe adversa, ceu nonnulla *Cap. II. §. 3.* recensita sunt, eradicare nec ulla confirmatione dignari. Dispositum jam hac de re fuit ordinatione polit. Augustana *tit. 36.* Von den Handwerckern insgemein & seq. *tit. 37.* Von den Handwercks Söhnen *§. 1.* Verum si vel nulla lex Imperii desuper lata esset, Status tamen nostri vi superioritatis territorialis omnimoda gaudent libertate, statuta opificum antiqua abrogandi, si scilicet illa inventa in favorem inutilium terræ ponderum, aut monopoliorum, ingeniaque solertia & homines diligentes impediuntur illis in professione artis quam didicerunt. Quæ assertio eo magis extra dubium est, si Princeps expresse ad beneplacitum suum tolerantiam tribuum restrinxit hoc modo: Jedoch behalten wir uns hiermit ausdrücklich bevor, nach Gelegenheit der Zeit und Umstände, diese Innung nach Gefallen zu ändern, zuverbessern, oder da sie mißbrauchet würde, entweder gantz, oder zum theil aufzuheben und zuwiederruffen, quæ clausula ad minimum id operatur, ut ex necessitate & utilitate hæcce Statuta possint tolli. Mev. *V. Dec. 230. sequ.* Nec dubium est, quin possit Status Imperii nova opificia hactenus insolita, neue Manufacturen, instituere, conf. Dn. Thomas. *Diss. de Jure Principis dandæ Civitatis §. 41.* Quid in Provinciis Sereniss. Regis Prussiæ tentatum sit, experientia testatur, innuunt etiam tot Rescripta quibus monopolia tribuum & Collegiorum opificum sunt restricta. Par cura Aulæ Hannoveranæ deprehenditur, vid. Churfl. Hannoverisch-Reglement wegen der Handwercks-Zünffte, &c.

§. VII. Malo vero hoc commode eradicato, occurrendum est ignorantiæ multorum opificum, cujus fons detectus est *Cap. II. §. 14.* Hoc non difficulter procedet, si majora præmia statuantur illis, qui artes humanæ societati emolumenta afferentes, earumque fundamenta ex Mathesi, aliisque disciplinis profitentur; e contrario vero sterilis ac inanes disciplinæ, quæ circa nudas abstractiones versantur, nec ad aliud idoneæ sunt, quam ut nudas disceptationes circa verba pariant; parvi fiant, ac, prout merentur optimo jure, explodantur. Qua in classe censeri debent pleraque, quibus per superiora secula scho-

scholæ personabant, a quibus nugis quisquiliisque nondum in Germania nostra illæ satis purgatæ sunt. Nam a multis talia mordicus retinentur, inscitia meliorum, aut quia dediscere pudet, quæ tam operose didicerunt. add. Puffendorff. *de J. N. & G. Lib. II. c. 4 §. 13.* Th. Hobbes. *Leviathan. c. 46. sequ.* Vicissim ubi sentiendi libertas relinquitur, & quam quisque novit artem aut invenit, profiteri permittitur, inventoresque utilium novarum rerum honoribus afficiuntur, ibi studia crescere multaque commoda in omnes redundare animadvertimus, maxime si accedat publica eaque gratuita informatio artium & disciplinarum, quæ ad perficiendas artes mechanicas spectant. Qua in re etiam extollendum venit institutum potentissimi nostri Regis ac Patris patriæ, dum in Residentia sua plus quam magnificentia Regia alit peritos Matheseos, Anatomiæ, artis sculptoriæ, pictoriæ, Musices &c. qui certis diebus in quavis septimana omnis generis homines, nomina sua apud Præsidem & Directorem Academiæ professos, exsolutaque pro potestate adeundi (Frey-Brief) exigua pecunia, informare obstricti sunt in suprema contignatione publici alicujus ædificii, utpote loco Academiæ huic Regiæ scientiarum dicato in Civitate, quæ a *Dorothea* Electrice nomen sortita est.

§. VIII. Comparato itaque hoc modo numero copiaque opificum, iisque rite informatis de fundamentis artis suæ; porro officium Principis incrementa suarum urbium desiderantis in eo versatur, illas materias ad opificia idoneas, quas Provinciæ suæ producunt, sollicite conservandi ne in alias terras advehantur. conf. *supra cap. II. §. 17* Nam nisi hoc fiat, frustranea cura est circa regionem populosiorem efficiendam. Inprimis vero per rationes *loc. cit.* adductas, exportatio lanæ non est concedanda. Optandum vero esset, ut omnes Principes adeo solliciti in hac re apparerent, quam quidem in Anglia Henricus VIII. fuit, de quo Puffendorffius *Intr. Hist. de Angl. c. IV. §. 34.* sequentia annotat: Vor Henrici VIII. Zeiten, wurde die meiste Engelländische Wolle nach Niederland verführet, durch dero Verarbeitung die Niederländischen Städte grosse Nahrung hatten. Aber selbiger König sahe, daß seine Leute so wohl als die Niederländer den

Gewinn

Gewinn haben könten, und pflantzte deswegen die Lacken-Weberey in seinem Reiche; welche unglaublich zunahme, nachdem sich in den Niederländischen Unruhen sehr viel Wollen-Arbeiter in Engelland begaben.

§. IX. Enim vero nec desunt nobis salutaria Edicta legesque desuper latæ, modo executio non defuisset. Sic in Rec. Imp. de An. 1555. §. und nach dem. *pr.* a Statibus jam eo tempore agnitum fuit, quo lana præparata in pannum Germaniæ thesaurus sit. Verba notabilia ita sese habent: Nachdem im H. Reich Teutscher Nation gute wollene Tücher gemacht werden könten, also daß man fremder Nation Tücher wohl entrathen, und das Geld so für die fremde Tücher gegeben wird, in Teutscher Nation wohl behalten möchte ꝛc. Eo majori vero studio a Principibus lanificium & pannificium fovendum est in urbibus suis, quo plures alii ex eo simul sustentantur, urbesque populosas reddunt. Sic Aut. der Fürstl. Schatz-Cammer *cap. 17. p. 114.* in tabella quadam operose demonstrat, quod opifices *quatuordecim* a pannificio pendeant. Quo fundamento nixus calculus Lipsii *in descript. Lovan. L. II. c. 2.* fidem meretur quando adducit, quod Lovanii aliquando, scil. Seculi XIV. medio 3. usque 4000. textorum fuerint, & quia quodlibet textrinum non minus triginta aut quadraginta hominum exegerit, qui lanam præpararent, carminarent, nerent, fullonicam aliasque tales operas exercerent, inde centum sexaginta millia hominum præsidia vitæ inde comparare sibi potuisse. add. Lansius *Orat. pro Germ. p. 47.*

§. X. Hinc salutaris toti Germaniæ fuit provisio *in alleg. Recess. d. l.* daß hinführo niemand, wer der inn- oder ausserhalb des Reichs sey, einige Wolle, bey Verlust derselbigen Wolle, und dann einer gedoppelten Geld-Straffe, so viel dieselbe Wolle werth ist, aus dem H. Reich Teutscher Nation mit Hauffen verkauffen, sondern daß solche Wolle in selbigen Reich behalten, und den Inländischen Wollen-Webern, Wandmachern, oder andern die dieselbige zum Tuchweben oder sonst zu andern nutzbarlichen Sachen verarbeiten und gebrauchen, um ein zimliches verkaufft, und dadurch dasjenige so einen grossen Theil Teutscher Nation nützlich und ersprießlich, gefordert werden soll ꝛc. Nullum vero est dubium, quod Status vi superioritatis ter-

ritoria-

ritorialis adhuc ſub majori pœna exportationem rudis lanæ prohibere poſſint, ſimulque providere, ut illa in urbibus ipſarum a textoribus rite præparetur. Atque huc collimant etiam varia Edicta Brandenburgica incrementa urbium ſuarum hoc modo promovere intendentia. Privilegium Johannis Sigismundi, glorioſiſſ. memoriæ Electoris Brandenburgici, textoribus Marchicis datum contra *propolium* lanæ, recenſet D. Urſinus *in Diſſ. de Lana & lanificio Cap. IV. n. 28. ſeq.* cujus ſumma eſt, quod transgreſſores & illi incolæ Marchiæ, qui lanam rudem contra mandatum hoc extraneis eſſent vendituri, 50. thaleros Fiſco, 50. Magiſtratui in cujus jurisdictione deprehenſi, & textorum Collegio 25. thal. ſolvere obſtricti ſint loco pœnæ, lana ſimul fiſco ſubjecta. Ipſa vero inquiſitio contra temeratores textoribus conceditur; *executoribus* (Land-Reutern) autem qui largitionibus ſe ineſcari patiuntur, ne delictum hoc puniatur, *remotio ab officio* una cum pœna pecuniaria, vel corporis afflictiva ſtatuitur. Par ſeveritas contra exportationem lanæ adeſt in ejusdem Aulæ Reſcripto de An. 1669. cujus ſumma hæc eſt: Nachdem die Gewand-Schneider ꝛc. ſich gehorſamſt beſchweret, daß Leipziger, Hamburger und andere Fremde ſich unterſtehen, ihre Leute, Factoren und Lieger zu halten, die Wolle auſſer den Jahrmärckten aufzukauffen, aus den Lande zu führen, und dergeſtalt ihnen ihre Nahrung zu hindern ꝛc. Als befehlen wir hiemit allen und jeden Magiſtraten, auch Zollbereitern, daß ſie auf die ungebührliche Auffkäuffer Achtung geben, und biß auf fernern Beſcheid anhalten ſollen ꝛc.

§. XI. Æque late ſe extendit poteſtas Principum & Statuum noſtrorum circa reliquas materias in urbibus ſuis præparandas, cum Princeps ſit ſtator ac arbiter ſalutis publicæ, ſubditisque obſequii gloria tantummodo relicta eſt. Hinc relictis artibus Mechanicis, ad commercia Principis & jus circa illa nos convertimus. Ad commerciorum florem requiritur multitudo hominum, nec hæc ſine illis ſubſiſtere valet. Itaque Princeps numerum ſubditorum aucturus non parcus ſit in recipiendis exulibus a ſedibus ſuis ejectis. Hoc modo crevit Anglia & Belgium fœderatum, dum per bella inteſtina ingens copia ex florentiſſimis urbibus Brabanticis ac Flandricis aliorſum ſedem fortunarum ſuarum conſtitueret, & potiſſimum quidem

K in

in Anglia Hollandiaque. vid. *Intereſſe Hollandiæ Cap. 9. ſeqq.* Hac ratione urbes Brandenburgicæ inſignia augmenta acceperunt, poſtquam nimirum placuit Sereniſſimo Friderico Wilhelmo glorioſiſſ. memoriæ Electori Brandenburgico profugos ex patria Gallos, ob interceptum liberum religionis ſuæ exercitium, in gremium plerarumque ſuarum urbium recipere, variisque beneficiis illos ornare. vid. *Hiſtoire de l' établiſſement des Refugies en Brandenbourg.* Eadem clementia continuatur erga ipſos a Sereniſſ. ac Potent. Boruſſ. Rege. Hinc jure meritoque Arcus Triumphalis, qui in honorem glorioſiſſ. Regis a Caronatione Pruſſica reducis erigebatur Berolini, inter alia hieroglyphica & emblemata, facta Heroica Regis delineantia, repræſentabat juxta Thronum *Altare* in quo *flamma ignis Cælum petebat*, liberum exercitium Religionis in terris Regiis indigitans, cum inſcriptione: *Exulum multa millia recepta.* vid. Beſchreibung der Ehren-Pforten, *Illumination*en und Feuer-Wercke *p. 48.* quam tanquam appendicem der Preußiſchen Krönungs-Geſchichte adjecit Generoſiſſ. Dn. a Beſſer. Per hoſce vero profugos Gallos tum & Palatinatus Rheni incolas, ob bellum extorres, hincque receptos eadem indulgentia in terris noſtris, multæ artes Mechanicæ potiſſima in Germaniæ parte, urbibusque noſtris incognitæ, feliciter introductæ, reditus publici inde aucti, Gallicorumque commerciorum curſus aliquo modo ſiſti cœpit, qui ut ex Germania totus eliminari poſſet, ſerio optandum eſſet, quia plerumque pecunia noſtra ex commerciis ſuis redacta Gallia conſuevit arma nobis inferre.

§. XII. Verum hic gravis ſcrupulus, intuitu juris Principis circa receptionem exterorum in ſuas Provincias, nunc removendus eſt. An ſcilicet Princeps intra gremium ſinumque ſuarum urbium recipere poſſit peregrinos alienæ religioni addictos, quam quidem profitetur Princeps, aut quæ communiter a ſubditis recepta eſt? Enim vero ad hanc quæſtionem paulo plenius decidendam, diſtincte conſiderandum erit primum, quid hoc caſu Principis in genere jus & officium ſit; tum quid Principi Germanico intuitu Imperii, ut & pactorum cum ſubditis, hic liceat.

§. XIII. Nimirum Princeps qua Princeps ad nihil aliud obligatus

tus eſt,quam ut ad finem Civitatis ſuæ, communem tranquillitatem ac felicitatem,tendat, ceu *ſupra §.1.* jam expoſitum eſt,ut vero ſubditos moraliter virtuoſos, aut, quod adhuc majus eſt,beatos æternum faciat,illud nec officii ipſius eſt,nec vires ejus ad hoc efficiendum validæ ſatis. add. Dn. Thomaſ. *de Jure Principis circa controverſias Theologicas p. 26. ſeq.* Jam autem ad tranquillitatem Civitatis conſervandam præciſe non eſt neceſſarium, ut omnes in illa viventes unam eandemque perſuaſionem de rebus divinis habeant,vel eosdem conceptus diſtinctionesque metaphyſicas circa interpretationem loci S. Scripturæ controverſi amplectantur, ſi de cetero boni civis officia impleant,ſeque ut idonea membra ſocialitatis gerant.Exemplum Belgii fœderati clariſſime aſſertionem hanc comprobat. Neque enim diſſenſus & diverſi conceptus de myſteriis rationi incomprehenſibilibus turbas pariunt in quac. republica; ſed ambitio,vindictæ ſtudium, rancor & inde reſultans violenta diſſentientium perſecutio, quod ſatis patet ex hiſtoriis profanis & eccleſiaſticis omnium ſeculorum. Itaque inde reſultat,quod Princeps ſtatum civitatum ſuarum florentem ac civiliter beatum cupiens,tolerantiam mutuam inter diſſidentes in religione ſubditos conſervare opus habeat,ut multitudinem hominum & commerciorum curſum provocet,ceu illud neceſſarium remedium ſtabiliendorum commerciorum *cap. II. §. 30.* pluribus expoſitum eſt. Conſiſtit vero mutua illa tolerantia in hoc, ut omnes in civitate communi jure fruantur, alter alteri officia communia humanitatis non deneget, ipſumque pacifice juxta ſe in Republica ſuſtentationi ſuæ ſtudentem patiatur, ac quiete vivere ſinat, quod fiet, ſi Princeps ſerio & ſub pœnis prohibeat, ne Secta Sectam contumelioſis proſcindat verbis, calumniis effictis, h. e. conſequentiis conſequentiarum diſtortis in abſurditatem & blasphemiam oneret, conf. Dn. Thomaſ. *Diſſ. de Felicit. Subditor. Brand. ob emendatum Statum polit. & Religion.* vel una pars declamationibus male feriatis concitata, alteri turbulentam vim inferre tentet, quarum tragœdiarum praxis etiam hodierna adduci facile poſſet,niſi talia exempla & veritas hypocritis odioſa eſſet.

§. XIV. Unde inferri porro poteſt, quod nec ipſos infideles v.

c. Mahumetanos, Judæos, Ethnicos excludere civitatum noſtrarum inhabitatione, ſcita religionis Chriſtianæ Principi injungant. Equidem diſſentiunt hoc caſu non pauci, qui contendunt, non eſſe tales recipiendos, niſi ſacro Baptismate lavati, ad noſtram religionem acceſſerint, quos tunc *converſos* (plerumque nominetenus) ſolemus vocare. Hos enim nunquam deberi in Rempublicam recipi, quemadmodum nunquam quis peſtem in domum recipit, ſi prohibere poteſt ſtatuit, hocque ſimili diſſimili utitur Oſiander *in Not. ad Grotium* adductus *in Diſſ. Inaug. Erfurti habita 1680. de utilitate innoxia*, cujus Autor Oſiandrum cæco impetu ſequitur, licet uterque nullas rationes aſſerti ſui producere valuerit, niſi quod alter ad alterum provocet, ſicque rem confectam eſſe, ſuaviter ſibi perſuadeat, quaſi omnes lectores æque profunde cum ipſo præjudicio autoritatis immerſi eſſent. Etenim ſimile illud de peſte, parum huc quadrat, nihilque probat. Nam agnoſcimus quidem lubentes, quod peſtilentialis morbus ſi poſſit prohiberi, in domum aut civitatem non intromittendus ſit, quia plurimorum mors ſubſequi ſolet, verum an hæc etiam ſubſequatur, ſi infideles in Civitate, mercimoniorum promovendorum cauſa tolerentur, ſalvo exercitio religionis ſuæ quiete inſtituendo; de eo nihil hactenus novellæ retulerunt ex Hollandia, licet ibi, vid. *ſupra Cap. II. §. 30.* Perſiani, Sectam Aly inter Mahumedanas amplectentes, tolerentur Amſtelodamumque inhabitent.

§. XV. Ceterum ut de harum receptione valde ſolliciti ſimus, operæ apud nos vix pretium erit. Nam variæ adſunt cauſæ ſuſpicandi, quod incrementa Urbium Germanicarum nunquam in tantum faſtigium ſint eniſura, ut cum tam diſſitis populis Aſiæ propiore commercio opus, illosque in Civitates noſtras recipere neceſſe erit, & contenta erit Germania, ſi dotes & fructus quos producit ex ſuo ſolo, rite in ipſius incrementum per opificia & negotia mercatoria diſpenſentur. Igitur potius nunc convenit conſiderare, quid Principibus & Statibus noſtris poteſtatis in recipiendis intra urbium ſuarum pomæria illis, qui in varias licet ſciſſi Sectas, *chriſtianum* tamen nomen omnes prætendunt. Nimirum invaluit, communi opinione, quod per Leges publicas Imperii, nulli alii in Germania tolerandi

randi ſunt, quam, qui unam ex tribus religionibus, ſcilicet Romano-Catholicam, Lutherano-Evangelicam & Calviniano Reformatam amplectuntur. Verum communem hanc opinionem alios communem errorem vocare videas, dum iſta explicatio impingat in jus naturæ & prima principia ſocialitatis, Princepsque ſummo regali jure tolerantiæ chriſtianæ ſpolietur, uti pluribus deduxit Dn. Thomaſ. *de Jure Princ. Evang. in decidend. Controverſ. Theol. p. 199.* Quam opinionem & praxis illorum locorum, ubi ſtrenue vindicant regalia ſua jura Principes Evangelici, ſequitur. Sic de *Oſt-Friſia* teſtatur *alleg. tr. l. c.* quod Mennoniſtis liberum exercitium, nemine propterea lites movente, conceſſum ſit. *Glückſtadii* & *Altonæ* Rex Daniæ, qua Princeps ac Dux Holſatiæ, ſicque Status Imperii, omnium ſectarum homines tolerat, quo ſcilicet urbes illas populoſas redderet, nec tamen aliquis litem movit, ac ſi hoc contra leges Imperii permitteretur. Notabile etiam eſt, quod Rex Angliæ, glorioſiſſ. memoriæ, Wilhelmus, in literis ad Electorem Palatinum *d. 11. Aug. 1694.* ſcriptis intercedat pro Mennoniſtis in Ducatu Juliacenſi, ipſosque communi, cum Evangelicis aliis, nomine *Proteſtantium* appellet. Mandatum Cameræ pœnale de non turbando aut ejiciendo ex Civitate hominum Theoſophiam, quam vocant, Bœhmianam ſectantem videri poteſt apud Arnoldum *Hæreſiologiæ Part. IV. num. XXI. p. 37.* Ex quibus exemplis ſatis patet, & ipſos illos Principes, & Cameram Imperii non credere adverſum inſtrumento Pacis, aut aliis legibus fundamentalibus, tolerare in ſuis Civitatibus homines cuicunque ſectæ inter Chriſtianos deditos. Ut adeo intempeſtivum zelum ſpirare illi videantur, qui importunius a Magiſtratu efflagitant, ad migrationem cogere homines quiete viventes, aſt ad aliorum formulas fidem ſuam adſtringi nolentes.

§. XVI. Quodſi vero Princeps ſub pactis & conventionibus cum ſubditis ſuis initis promiſit, quod nullam aliam religionem, quam unam velit tolerare, aliter decidenda tunc foret quæſtio, ligatasque manus Principis hoc caſu lubentes concedimus, nec tunc remedium aliquod ſupereſſet, quam ut ſubditi ob ſalutem & incrementum publicum diſponerentur a rigore iſtiusmodi pactorum paulisper quid remittere. Quantum enim damnum afferat ſaluti publicæ incrementisque urbium libertas conſcientiæ reſtricta aut plane ſublata, experientia teſtatur.

testatur. Quid Hispania lucrata sit ejectione Maurorum, apud Marianam, hujus crudelitatis alias patronum, *Hist. l. 36. c. 1.* legere licet. Plerique scriptores *centum & septuaginta familiarum millia* abiisse confirmant: Quidam ad *octingenta millia capitum* numerum pervenisse ajunt. Quantæ divitiæ inde in alias terras in specie *Regnum Tunetanum* ejectæ solitudoque in Hispanias introducta sit, facile inde conjicere est. conf. Conring. *Diss. de autorit. Majest. Civ. circa sacra* §. 88. add. Forstner. *in not. pol. ad l. 11. Annal. Taciti p. 64.* Imo vix opus est peregrinis exemplis, cum domestica adsint. Audiamus Dn. A. der Fürstl. Schatz-Cam. *p. 342.* Die Hamburger verlohren ihren Stapel Englischer Waaren, da aber die Grossen mauthen, auch die Freyheit der Religion ihnen (Anglis mercatoribus) disputiret wurde, daß die Englische Compagnie sich nacher Staade begeben, bis endlich Hamburg seinen Fehler erkennet, durch allerley Mittel die Englische Compagnie wieder zu sich gelocket, welche bis auf diesen Tag den Stapel von Englischen Waaren in Teutschland allda halten.

§. XVII. Præterea dum ejusmodi conventiones inter Imperantes & parentes incrementis urbium non exiguum obstaculum pariunt; sequitur exinde, quod in dubio interpretatio benignior locum sibi vindicet, nec Principi potestas adimenda sit alienæ religionis homines recipiendi. Sic si v. c. Princeps solummodo promisisset, quod incolarum religionem receptam velit tueri, (wolte sie bey ihrer hergebrachten Religion ungekrenckt verbleiben lassen) eo ipso libertas non adempta esset Principi, alios in locum subditorum etiam adsciscendi, quia neminis religio propterea læditur, licet alter in eadem Civitate diversum cultum amplexus fuerit, nisi velis dicere, quod gustus tuus læderetur, si alteri illud amarum sapiat, quod tibi dulce est. Præsertim cum inde ipsi occasio detur ærarium suum locupletandi, illamque pecuniam in necessitates publicas impendendi. Accedit, teste Puffendorffio *tr. de Jure Feciali divino, sive consensu & dissensu inter Protestantes*, §. 5. quod Princeps si dextre ac æquabiliter procedat, sentiet, Cives diversam religionem a sua professos, majori affectu ipsum prosequi, quam eadem secum sentientes. Imo tanquam inhumanum plane rejiciendum est Edictum de 1555. aliquot Urbium Maritimarum Saxoniæ inferioris v. c. Hamburgi, Lubecæ, Vismariæ, Luneburgi &c. apud Dedeken. *Consil. Theol. Vol. 2. Sect. 3. n. 24.* in quo Civibus suis injungunt, peregrinantes Reformatos ne quidem hospitio recipere, aut alia officia humanitatis exhibere.

§. XVIII. Restat adhuc quæstio illa discutienda, an *Princeps ad promovenda majora incrementa urbium suarum Judæos recipere possit?* Videtur hoc negandum esse, quia in legibus passim *Judæorum Secta feralis ac nefaria* ignisque supplicio digna judicatur. conf. *L. 3. Cod. de Judæis & Cælicolis L. 6. C. eod. L. 6. Cod. de Malefic.* Plura argumenta contra receptionem conglomeravit, more suo, Gisbertus Voetius *Part. 2. Disp. Select. p. 118.* add. Speckhan. *in Disp.* Juden-Ordnung *th. 1. seq.* Pleraque tamen ad hæc tria puncta rediguntur, nimirum Blasphemiam in Christum, implacabile odium in Christianos & usurariam pravita

vitatem. Hinc propter tria hæc communia Judæorum vitia ortum haud dubie est illud proverbium apud Dn. Wildvogel. *Diss. de Judaorum receptione ac tolerantia §. 2.* quod felix sit Civitas, in qua non est *Abraham*, *Nimrod*, *Naeman*: **Da kein Jude, Tyrann, noch Aussätziger wohnet.** Verum hæ rationes jus Principum hoc casu non evertunt, quod olim ex gratia Electoribus *A. B. cap. 9.* concessum est, hodie vero commune omnibus Statibus, radicatum est in superioritate territoriali quam in terris suis habent. Hinc illi hodie cespitant, qui Judæorum receptionum in classem reservatorum Imperatoriorum compingunt, decepti antiquis legibus Imperialibus eo tempore latis, cum Status superioritatem territoriali plena nondum gauderent, quæ cum hodie nemine negunte plenissime ab iis possideatur, status nunc mutatus est; sicque illa nova qualitas moralis leges veteres dudum sustulit, v. c. *Reformationem Polit. de An. 1548. tit.* **von Juden**, *Reform. Polit. Francof. emendatam* **von Juden**, *de 1577.* Itaque ab initio §. adductæ rationes ut politicæ possunt considerari, an scilicet consultum sit? ubi haud pauci existimant, quod possint recipi sub certis cautionibus. vid. Mylerus ab Ehrenbach. *ad Rumelin. in A. Bull. Diss. 8. th. 17. p. 189.* Otto *J. P. cap. 19.* Mev. *Decis. 350.* Breviter vero potest responderi, quod leges Cod. contra Judæos solitum odium papicolarum contra Judæos spirent, ex quo odio putida etiam commenta derivanda sunt, quod Judæi Christianorum infantum sanguine ad fœtorem dispellendum utantur, hostias Eucharisticas cultello discindant, si quas nancisci possint, ex illisque sanguis interdum effluere visus fuerit, & reliqua monachalia commenta, quæ adhuc a rudi vulgo & simplicioribus inter nostrates creduntur. Blasphemia vero ipsorum Deo punienda committi potest: odium autem in Christianos ne erumpat, legibus prospiciendum est. Nam si hæc ratio sufficiens foret, quot quæso Christiani ejiciendi essent ex urbibus, qui odia sua contra concives salvo suo Christianismo exerceri posse, suaviter sibi imaginantur. Imo Christianis potius incumbit mansuetudine ac benevolentia erga Judæos, ipsos incitare ad paria officia ipsosque paulatim salutaribus admonitionibus ex spiritu charitatis, non vero disputationis vehementioris ac convicii profectis, a periculosis erroribus liberare, uti dudum hanc Christianam moderationem suasit Dn. Spenerus *in Piis desideriis p. 117.* Nec minus notabilia sunt verba Dn. Imhoffii: *Similes simus in omnes, ut & in dispersos hodie Judæos, bonis Medicis, qui spiritum & sanguinem reddunt etiam morientibus, in Monit. Max. fruct. p. 28.* Hinc, ut libere fatear, displicet mihi consilium Lutheri *in lib. de Judæis tom. 8.* quod Judæi compellendi sint ad audiendam Evangelici prædicationem. Nam non possunt boni fructus ex hoc ejus consilio sperari. conf. Exc. Dn. J. Sam. Strykii *Diss. de Jure Sabbathi cap. 2. n. 72.* ubi simul commodius remedium conversionis Judæorum proponitur. Reliquas vero Cautiones quas Principi Judæos recepturo proponunt, & tantum non obtrudunt Autores allegati, pluresque alii, sicco pede nunc transire placet, utpote superfluas; siquidem cum mentibus homi-

hominum ita comparatum est, ut per coactionem in inveteratis opinionibus magis indurentur.

§. XIX. Abbreviatio Processuum, maxime in causis mercaturam respicientibus, quæ *Cap. II. §. 34.* adducta, dependet tota a voluntate Principum. Gaudent enim Status Imperii summo Nomothetico jure in Provinciis, & quilibet statuum, prout utile subditis arbitratur, leges moderatur, quod pluribus persequitur illustr. Dn. Stryk. *in Præfat. Brun. Paratit. Wesenb.* Hinc etiam videmus, nonnullos potentiorum Principum, ut per commercia urbes eorum indies magis efflorescerent, curam justitiæ emendandæ gessisse. De Judicio mercatorio Lipsiensi *all.* § *34.* jam dictum est. In gratiam urbium Marchicarum & earum florentissimæ Berolini, auspiciis Augusti nostri Regis nuper editum est *Jus Cambiale*, ambagibus Processuum præscindendis, contra vero celeri cursui justitiæ promovendæ inter mercatores perquam aptum, quod haud dubie suo tempore aliis in Provinciis etiam introducetur. Idem dicendum de Jure Principum nostrorum circa cursus itineraque diplomate publico facienda. Nam institutæ sunt illæ postæ, (uti vulgo vocantur) vi superioritatis territorialis Principum, quod pluribus probavit Emeranus Accoldus im gründlichen Unterricht von dem aus Landes-Fürstl. Hoheit herspringenden Post-Regal der Chur-Fürsten und Fürsten des H. Röm. Reichs. Cap. II.

§. XX. Cæterum, quod Jus Principis Cataractis flumina sua navigabilia in gratiam urbium suarum reddendi, attinet, illud quidem a vicinis videtur in dubium vocari posse, verum illis dubiis plenissime satisfactum est in *allegata Diss. de Jure Cataractarum* Dn. Jo. Sam. Strykii *Cap. III.* Denique quæ *§. ultimo Cap. II.* de Monopoliis incrementa Civitatum impedientibus allegata sunt, illa etiam ad ipsa Principum monopolia extendenda sunt, quod ita exerceri debeant, ut subditorum salus & sustentatio cum illis consistere queat. Videatur monitum serium B. Dn. a Seckendorff. im Christen-Staat *P. II. cap. XII. §. 7.* Endlich wären auch hieher zu ziehen die mit schlechten Grunde aufgebrachte Monopolia, da die Herrschafft die Nahrung der Unterthanen neuerlich und wider Recht und Herkommen, an sich bringet, also daß die nothwendigsten Stücke der menschl. Leibes-Mittel erst aus der Hand der Obrigkeit und darzu bestellter Einnehmer mit unbilligen Auffsatz erlanget werden müssen. Etlicher Orten, wo es vor Alters aufkommen, und nicht übermäßig gebraucht, auch das Volck in andere Wege desto leidlicher gehalten wird, mag es wol bestehen, daß zum Exempel die Herrschafften Getranck und Saltz verhandeln, aber man höret gleichwol Exempel von allzuharter Procedur, &c. welches nicht allein geschiehet wider Christenthum und natürliche Billigkeit, sondern auch am Ende mit Schaden der Obrigkeit selbst, denn was von den Unterthanen solcher Gestalt über Billigkeit erhoben wird, das entgehet ihnen nach und nach an andern Mitteln, und veranlasset sie, daß sie sich an andere Orte wenden, oder die Nahrung und Gewerbe unterlassen, oder doch vermindern müssen. Equidem potuissent plura, partim circa remedia incrementorum urbium, partim circa jura Principum hoc casu, moneri; verum brevitas instituti suasit maxime necessaria tantummodo in medium adducere, reliquaque commodiori tempori, aut etiam aliis majori harum rerum experientia instructis relinquere excutienda.

hominum ita comparatum est, ut per coactionem in inveteratis opinionibus magis indurentur.

§. XIX. Abbreviatio Processuum, maxime in causis mercaturam respicientibus, quæ *Cap. II. §. 34.* adducta, dependet tota a voluntate Principum. Gaudent enim Status Imperii summo Nomothetico jure in Provinciis, & quilibet statuum, prout utile subditis arbitratur, leges moderatur, quod pluribus persequitur illustr. Dn. Stryk. *in Præfat. Brun. Paratit. Wesenb.* Hinc etiam videmus, nonnullos potentiorum Principum, ut per commercia urbes eorum indies magis efflorescerent, curam justitiæ emendandæ gessisse. De Judicio mercatorio Lipsiensi *all.* § *34.* jam dictum est. In gratiam urbium Marchicarum & earum florentissimæ Berolini, auspiciis Augusti nostri Regis nuper editum est *Jus Cambiale*, ambagibus Processuum præscindendis, contra vero celeri cursui justitiæ promovendæ inter mercatores perquam aptum, quod haud dubie suo tempore aliis in Provinciis etiam introducetur. Idem dicendum de Jure Principum nostrorum circa cursus itineraque diplomate publico facienda. Nam institutæ sunt illæ postæ, (uti vulgo vocantur) vi superioritatis territorialis Principum, quod pluribus probavit Emeranus Accoldus im gründlichen Unterricht von dem aus Landes-Fürstl. Hoheit herspringenden Post-Regal der Chur-Fürsten und Fürsten des H. Röm. Reichs. Cap. II.

§. XX. Cæterum, quod Jus Principis Cataractis flumina sua navigabilia in gratiam urbium suarum reddendi, attinet, illud quidem a vicinis videtur in dubium vocari posse, verum illis dubiis plenissime satisfactum est in *allegata Diss. de Jure Cataractarum* Dn. Jo. Sam. Strykii *Cap. III.* Denique quæ *§. ultimo Cap. II.* de Monopoliis incrementa Civitatum impedientibus allegata sunt, illa etiam ad ipsa Principum monopolia extendenda sunt, quod ita exerceri debeant, ut subditorum salus & sustentatio cum illis consistere queat. Videatur monitum serium B. Dn. a Seckendorff. im Christen-Staat *P. II. cap. XII. §. 7.* Endlich wären auch hieher zu ziehen die mit schlechten Grunde aufgebrachte Monopolia, da die Herrschafft die Nahrung der Unterthanen neuerlich und wider Recht und Herkommen, an sich bringet, also daß die nothwendigsten Stücke der menschl. Leibes-Mittel erst aus der Hand der Obrigkeit und darzu bestellter Einnehmer mit unbilligen Aufsatz erlanget werden müssen. Etlicher Orten, wo es vor Alters aufkommen, und nicht übermäßig gebraucht, auch das Volck in andere Wege desto leidlicher gehalten wird, mag es wol bestehen, daß zum Exempel die Herrschafften Getranck und Saltz verhandeln, aber man höret gleichwol Exempel von allzuharter Procedur, &c. welches nicht allein geschiehet wider Christenthum und natürliche Billigkeit, sondern auch am Ende mit Schaden der Obrigkeit selbst, denn was von den Unterthanen solcher Gestalt über Billigkeit erhoben wird, das entgehet ihnen nach und nach an andern Mitteln, und veranlasset sie, daß sie sich an andere Orte wenden, oder die Nahrung und Gewerbe unterlassen, oder doch vermindern müssen. Equidem potuissent plura, partim circa remedia incrementorum urbium, partim circa jura Principum hoc casu, moneri; verum brevitas instituti suasit maxime necessaria tantummodo in medium adducere, reliquaque commodiori tempori, aut etiam aliis majori harum rerum experientia instructis relinquere excutienda.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Brunnemann, Jakob, / Voss, Christian Andreas. / Stryk, Samuel,

Dissertatio Politico-Juridica, De Incrementis Urbium Germanicarum = Von Wachsthum und Aufnahme der Städte in Teutschland

Halae Magdeb. 1736

4 Diss. 5253 b#Beibd.1
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11050312-0
VD18 1441189